

[Liber tertius]

[fol. 87r° b] **INCIPIT LIBER TERTIVS RECAPITVLATA A CHRISTI NATIVITATE EADEM ALITER PICTVRVS.** *

Post ¹ conpletum septenarium ² numerum Aecclesie quam per ebdomadam huius mundi singillatim diuisis spiritualiter nominibus partiuit, iterum quod uidit aedisserit : **Post haec inquit uidi, et ecce ostium apertum in caelo** [Ap 4,1]. Post tante manifestacionis claritatem, quam fideli mente perspexerat, ipsa celorum illi secreta aperiuntur, et demonstrantur diuinis absconsa misteriis. Intro inspicit [fol. 87v° a] mente, et secreta Dei fidei deliberatione considerat. Apertum sibi ostium recognoscit quod ad tantę maiestatis noticiam auida mente percipiat, sic totum tempus Aecclesie diuersis figuris repetit dicens : *Vidi ostium apertum in celo* [Ap 4,1]. Ostium apertum, Christum dicit natum et passum, qui est ianua. Caelum Aecclesiam dicit, qui procedente scriptura nosmedipsos uidemus. Merito autem Aecclesie celum nomen accepit, quod sit habitaculum Dei, ubi caelestia gerentur. Hoc est quod in caelo uoluntatem Dei fieri postulamus. Aliquando autem caelum et terram Aecclesiam dicit, propter terrenam carnem, que celo consentit. Aliquando celum et terram, Aecclesiam et gentes. Terra enim, et bona est et mala. Sicut Apostolus de Christo ait : Pacificauit omnia per sanguinem crucis sue, siue que in celis, siue que in terris sunt. In caelo non erat scandalum, sed inter celum et terram discordia erat ; sed tamen in Iudea semper Ecclesia ³ mixta fuit cum Deo, sed mente non tamen corpore innouato. In terra tamen inter Iudaicum et gentilem populum discordia erat. Idem namque Apostolus dicit : Vtrosque innouatos et Deo reconciliatos, et quia gentilitas sine Deo erat in mundo, iam est cum Christo. Et qui aliquando fuerant longe, per sanguinem Christi, facti sunt prope. Et ipse est pax nostra, qui fecit utrumque unum, et medium parietem sepi soluit, id est ⁴ inimicitiam in carne sua, quoniam per illum [fol. 87v° b] habemus ascensum ⁵ ambo in uno spiritu ad Patrem sicut Lucas ait : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Quia uocauit celos sursum, et terra discerneret populum suum. Multa in aliquibus ⁶ celum et terram probatur Aecclesia, que breuitatis causa

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** ● Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. ● Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. ● Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. ● Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. ● Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. *Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur cinq lignes.*

2. *Les lettres ma ont été grattées entre septe et narium.*

3. *m final gratté.*

4. *id est écrit dans la marge.*

5. *ascessum corr. en ascensum.*

6. *Le second i suscrit.*

reliquimus. Quia caelum probamus animam hominis esse. Et terram, terrenam carnem, et animam et carnem⁷ mixtam, utroque spiritualiter consentientes⁸; ideo dicimus et celum Aecclesiam, et terram Eccclesiam.

EXPLICIT EXPLANATIO OSTII.

INCIPIT STORIA EIVSDEM IN LIBRO TERTIO.

Et⁹ uox prima quam audiui tamquam tuba¹⁰ loquentem et dicentem : **Ascende huc, et ostendam tibi quę oportet fieri postea.** Et fui in Spiritu ; et ecce thronus positus erat in celo, et supra thronum sedens, et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini¹¹. Et yris in circuitu sedis similis aspectu zmaragdino, et in circuitu throni uidi sedes uiginti quattuor, et supra sedes uiginti quattuor seniores sedentes in ueste alba, et in capitibus eorum coronas aureas. Et de sede procedunt fulgura et uoces et tonitrua, et septem lampades ignis ardentis, qui sunt septem spiritus Dei ; et in conspectu throni sicut mare uitreum simile¹² cristallo. FINIT.

[**Folio perdu** : Un folio a été supprimé entre les fol. 87 et 88 : il devait comporter une et peut-être deux images (nos 16 et 17), et le texte suivant restitué d'après l'édition de Sanders, p. 266-267] :

EXPLANATIO OSTEI

2. 1 *Et vox prima, quam audiui, tamquam tubae loquentem mecum dicens [Ap 4,1] ; significat non aliud audisse, sed post superni apertionem ingressus eam vocem audisse, quam audierat. sed adhuc illi Dominus quasi nescio quid secretum suum inciperet revelare, dum consternatus potentiae contemplatione ad pedes caderet maiestatis. 2* denique ut non carnalem ostium sentiamus, vocem primam quam audit tubae consimilem facit, in qua vox facta collecta intrinsecus flato, dum exclamat, sonum facit extrinsecus. sicut is qui a Domino susceperat verbum, mente percipit inspirando sine sono, quod exterius proloquatur. **3** tamen et illi ut intellegendum est apertum ostium, id est, declaratum evangelium, vocem primam, quam dicit, legis et prophetarum eloquia, ut concordant nova veteribus, fiatque illud, quod psalmografus ait : *semel locutus est Deus, duo haec audiui*, id est, in his, quae per scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos erudiendo curavit. **4** hoc intellegi subtilius potest, quod pater unigenitum aequalem sibi filium genuit. loqui enim Dei est verbum genuisse. semel autem loqui est verbum aliud praeter unigenitum non habere. etenim post inspirationem ani-

[fol. 88r° a] morum, post misterii reuelationem ait : **Ascende huc, et ostendam tibi quę oportet fieri post haec** [Ap 4,1]. Ascensum quod dicit, despectu mundo uenire, ad Eccclesiam sicut scriptum est : Venite, ascendamus in montem Domini Sion ; hoc ad credentes dicebat, sicut scriptum est : Ambulabunt de uirtute in

7. caro corr. en *carnem* par grattage et ajout de *nem* en interligne.

8. consentiens corr. en *consentientes* par ajout de *te* en interligne.

9. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

10. tubę corr. en *tuba* par surcharge d'une autre main.

11. o final corr. en *i* par surcharge.

12. m final gratté.

uirtutem, et uidebitur Deus deorum in Sion. Ingrediens sancta sanctorum, ubi p̄cursor intrabit Dominus Ihesus noster in sanguine passionis suę, factus pontifex in ęternum. Inuitatur hic ut ¹³ sanctis ipsam Domini potiri iam sentiat cognouisse ueritatem, sed ea quę oportet fieri, in futurum intelligat ¹⁴. Statimque dicit: *Fui in Spiritu* [Ap 4,2]. Quis non sentiat nichil carnale locutum, qui in spiritu ingressus se fuisse describit? Nichil sanctus Iohannes probatissimus, de Deo suo corporale nichil terrenum excepit. Sed fuit in spiritu, ut aspiceret Dominum maiestatis, qui in spiritu intendit, non in carne conspexit. Denique dicit: **Et ecce sedes posita erat in caelo, et supra sedem sedens** [Ap 4,2]. Sedes posita regnum est super regnum, hoc est p̄nitentia, residet fortitudo et ueritas Deitatis in Aecclesia. **Et qui sedebat inquit** ¹⁵, **similis erat aspectui lapidis iaspidis, et sardini.** **Et yris erat in circuitu sedis, similis sardini** ¹⁶ **zmaracdo** ¹⁷ [Ap 4,3]. Lapis enim iaspis uiridi et acutissimo fulgore radiatur, ut intelligas carnem adsumptione ¹⁸ hominis Christi absque peccati contagione susceptam perpetuę [fol. 88r° b] sinceritatis uigore claresceret, et diuinę uirtutis in habitatione p̄fulgida. Sardonix autem lapis est rubicundus, sed quadam obscuritate sublucens. Vt intellegas integritatem intemerate carnis ex uerecunda ¹⁹ et humili ²⁰ adsumptam uirgine recognoscas. Siue ut aliter per hos duos lapides quid ²¹ recognoscas, audi. Iaspis aque coloris ²² est. Sardis, igni, hii duo significant ²³ iuditia posita esse, usque ad consumationem orbis super tribunal Dei. Exinde manifestatur quorum iuditorum duo unum iam consummatum est, in diluuiio per aquam, aliud consumabitur per ignem. Iste comparationes in ęclesia conueniunt, quam Dominus indutus est. *Et yris in circuitu sedis* [Ap 4,4]. Yrin autem circum solem ²⁴ eosdem ²⁵ colores habet. Yris et arcus dicitur, de quo Dominus dicit ad Noę et filiis eius ne timerent in generatione Dei. Statuam inquit arcum meum in nubibus, nec iam aquam timeatis sed ignem. In arcu ²⁶ uero color aque et ignis simul ostenditur, quia ex parte est niger, et ex parte rubicundus, ut ambobus uiditiis ²⁷ testis sit, ut unum ²⁸ uidelicet faciendum ²⁹ per ignem, aliud iam factum ³⁰ per aquam. Aliter quippe archus ³¹ per ignem et

13. ut ajouté en interligne d'une autre main.

14. intellegat corr. en intelligat sans doute d'une autre main.

15. t final corr. en d.

16. ę final corr. en i d'une autre main.

17. zmaracbine corr. en zmaracdo.

18. ne final ajouté en interligne d'une autre main.

19. Une lettre grattée entre uere et cunda, et remplacée par un signe de liaison d'une encre plus claire.

20. humilem corr. en humili.

21. quę corr. en quid.

22. is ajouté en interligne d'une autre main.

23. significant ajouté dans la marge.

24. solidum corr. en solem.

25. s ajouté en interligne.

26. arco corr. en arcu par u suscrit sans suppression du o.

27. in amba iuditia corr. en ambobus iuditiis.

28. unius corr. en unum.

29. i final corr. en um.

30. alius iam facti corr. en aliud iam factum.

31. u écrit en interligne.

aquam, Spiritum Sanctum significat, et bap̄tismum. Quia post Christi aduentum eo uirtus Sancti Spiritus humano generi claruit, quod electos Dei et aqua bap̄tismatis lauit, et ignis diuini amoris accendit, sicut ueritas ait : Nisi quis [fol. 88v^o a] renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest uidere regnum Dei. Quia arcus³² in nube est, in die pluuiæ. Nubs, caro Christi. Pluuia eius, uerba predicationis. Quia in dominica incarnatione infusio³³ prædicationis ostenditur, ut uenia corda credentium Domino procedente reuocentur. De hac nube scriptum est : Qui ponit nubem, ascensum suum. Nubem quippe Dominus ascensum suum posuit, quia qui pro diuinitate ubi est, per carnem ad cęlestia ascendit. Quem Ezechiel antea in spetiem electri, et uelut aspectum ignis, et uelut aspectum³⁴ arcus³² cum fuerit in nube in dię pluuię, ita uidit. In electro³⁵, aurum argentumque miscetur, ut res una ex metallis duobus fiat. In quo³⁶ et per argentum auri claritas³⁷ temperatur, et per auri claritatem speties clarescit argenti. In redemptore nostro ambę naturæ diuinitatis et humanitatis indiuisę, atque in separabiliter sibimed sunt unitæ. Et per humanitatem diuinitatis eius claritas nostris potuisset oculis temperare per diuinitatem, humana in eo natura³⁸ claresceret. Possumus et prædicatores sanctos nubes appellare, quia uerbis pluunt, miraculis coruscant, qui uolare quoque et nubes dicuntur. Qui et in terra uiuentes, ex terra fuit omne quod gerunt ; quia in carne ambulantes, non carne sed spiritu militarunt. **Et in circuitu throni, uidi sedes uiginti quattuor. Et supra sedes uiginti quattuor [fol. 88v^o b] seniores sedentes, in ueste alba, et in capitibus eorum coronas aureas [Ap 4,4].** Ecce apertissimę manifestauit patriarcharum et apostolorum chorum, qui sanctæ cathedrę supersedere doctrinam, qua³⁹ seniores aetiam patres appellant. Circumamictos albis, id est iustificationibus et puritate uestitos. Portantes in capitibus coronas aureas, præsentium effecti uictores. Trucidato malignitatis oste⁴⁰ diabolo, coronas a Domino receperunt. De quibus coronis⁴¹ uas electionis edixerit ; cursum consumaui, fidem seruaui. De cętero reposita est michi corona iusticiæ, quam reddet michi Dominus in illa diae iustus iudex. Non solum michi, sed et omnibus⁴², qui diligunt aduentum eius. Inde ergo Aecclesia⁴³ per duodecim tribus Israel in duodenario numero constituta, quod est unus dies. Et quia dies, uiginti quattuor horarum in dię et nocte spatiis terminatur, et unus dies nuncupatur, ita lex ante aduentum solum in patriarchis et prophetis fulgebat. In cęteris uero nox erat. Nouum uero testamentum quod Christus in carne ostendit, eius manifestatio lux et dies est appellata. Sol dictus est, propheta testante. Ecce uobis qui timetis Dominum, orietur sol iusticię. Qui quasi horas diei duodecim

32. archus *corr. en arcus par grattage.*

33. nem *final supprimé par grattage.*

34. us *final corr. en um.*

35. r *ajouté en interligne.*

36. qua *corr. en quo.*

37. s *final ajouté en interligne.*

38. m *final gratté.*

39. quo *corr. en qua par surcharge.*

40. Lire *hoste.*

41. *quas coronas corr. en quibus coronis.*

42. *omnis corr. en omnibus.*

43. m *final gratté.*

apostolos elegit, de quibus ipse ait : Vos estis lux mundi. Et his⁴⁴ duodecim apostolis⁴⁵, omne corpus aepiscoporum solidauit, et omni corpori⁴⁶ episcoporum coniunxit omnem populum christianum, quia sexta die Deus Adam fecit, et mulieri⁴⁷ adiutorium subdere praecepit. [fol. 89r° a] Quę mulier, omnem populum christianum significauit. Adam uero, omnes sacerdotes significauit. Sic sunt ergo Christiani spirituales subditi sacerdotibus sanctis, sicut mulier uiro. De illis tamen qui minus perfecti sunt ipsis sacerdotibus laborandum est, qualiter per lac⁴⁸ p̄dicationis ad solidum cibum peruenientes, cognoscant Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. De hac quę diximus, Apostolus dicit : Caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput Christi Deus est. Vide membra non separata, quę per sacerdotes omnis Aecclesia, Christo manet copulata. Et in hos duodecim apostolos, id est, omne corpus sanctorum episcoporum. Sic inuenimus in discretione ciuitatis Iherusalem, de celo descendentis. De Deo in Christo, de Christo in apostolis⁴⁹, de apostolis⁴⁸ in episcopis⁴⁸, de episcopis⁴⁸ in presbiteris⁴⁸, de presbiteris⁴⁸ in ceteris⁴⁸ populis⁴⁸. Per hos gradus⁵⁰ ciuitatis Iherusalem descendit ad terram ; per ipsos cotidie ascendet ad celos. Isti uiginti quattuor throni excepta offitorum separatione⁵¹, duodecim sunt. Quia et p̄positi ex duodecim tribus Israel promouentur. Et duodecim throni excepto spirituali numero, unus thronus est, id est, Aecclesia. Solus enim Dominus Ihesus Christus, in eam ad iudicandum sessurus est. Sedebit autem et sedet Aecclesia⁵² iudicans duodecim tribus Israel, de Aecclesia⁵³ in duodenario numero, sed in Christo in quo est tota, sedebunt et iudicabunt, uniuersa membra. Sed in unum et per unum caput, id est Christus⁵⁴. Nam quo modo poterant sancti in iudicio sedere, stantes ad dexteram Iudicis. **Et de sede procedunt fulgura, et uoces et toni-**[fol. 89r° b]-**trua, et septem lampades ignis ardentis, qui sunt septem spiritus Dei** [Ap 4,5]. Intellegi uoluit omnem p̄dicationem ueterum apostolorum, etiam celestem sanctamque doctrinam, Dei iudicio et Dei inspiratione procedere. Fulgura ergo, uniuersorum uerba sanctorum. Et tonitrua, similiter praedicatorum uoces accipimus. Omnia haec ex uno auctore⁵⁵ Deo procedere confitemur. De quibus fulgoribus, uel tonitruis, dicitur : Vox tonitruui tui, in rota. Rota scriptura dicitur. Vbi et ait : Illuxerunt⁵⁶ fulgura orbi⁵⁷ terrae. Cuncta haec non proprium initium sumunt, sed ex throno Dei quod est Aecclesia, et ex uoluntate scilicet et potestate creatoris, uel imperia procedentia demonstrantur.

44. hos corr. en his.

45. os final corr. en is.

46. omne corpore corr. en omni corpori par surcharge.

47. mulierem corr. en mulieri.

48. Deux lettres grattées après lac.

49. os final corr. en is par surcharge d'une autre encre.

50. grados corr. en gradus d'une autre encre.

51. Tilde gratté au-dessus du e final.

52. m final gratté.

53. Tilde gratté au-dessus du a final.

54. m final corr. en s.

55. c ajouté en interligne d'une autre encre.

56. in corr. en il d'une autre encre.

57. orbis corr. en orbi.

Septem ardentes lampades ante thronum, uirtus est septiformis Spiritus Sancti, de qua uirtute supra iam diximus manifestissime designantur. Ante thronum ideo, quia quibus iste uirtutes per gratiam dispensantur, Deo dicentur adsistere ; sicut alibi dicitur : Et qui adpropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Item Ezechiel de hoc igne et de his lampadibus ⁵⁸ apertissime declarauit dicens : Aspectus animalium, quasi carbo ignis ardentis, et quasi aspectus lampadarum aspectus eorum ⁵⁹. Carbonibus ignis ardentis, atque faculis comparatur, quisquis enim carbonem tangit ⁶⁰ incenditur, quia quisquis sancto uiro adheret, ex eius [fol. 89v° a] assiduitate uisionis huius locutionis exemplo operis accipit, ut accendatur in amore ueritatis, ut peccatorum suorum tenebras fugiat, desiderio lucis ardescat. Et iam per uerum amorem ardeat, qui prius iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus iacebat. Lampades ⁶¹ uero lucem suam longius spargunt, et cum in alio loco sint, in alio loco resplendent. Qui enim spiritu prophetie, uerbo doctrine miraculorum pollet gratia, huius opinio longe lateque in lampadibus ⁶² lucet. Et ⁶³ qui bona eius audiunt, quia per haec ad amorem celestium surgunt, in eo quod se per bona opera exigunt, quasi ex lampadibus ⁶¹ lumen resplendent. Quia ergo sancti uiri quosdam iuxta se positos, quasi tangendo ad amorem patrie celestis accendunt, carbones sunt. Quia uero quibusdam et longe positos lucent, eorum itineri ne in peccatorum suorum ⁶⁴ tenebras corrumpant, lampades fiunt. Hoc uero inter carbones et lampades ⁶⁰ distat, quod carbones ardent ⁶⁵, sed his locis in quo iacuerint, tenebras non expellunt ⁶⁶. Lampades autem que ⁶⁷ magno flammarum lumine resplendent, diffusas circumquaque tenebras expellunt. Qua ex re notandum est, quia sunt plerique sanctorum ita simplices et occulti qui ⁶⁸ in locis minoribus sub magno silentio contegentes, ut uix eorum uita ab aliis possit cog-[fol. 89v° b] -nosci. Quid itaque isti nisi carbones sunt ? Qui etsi per feruorem Spiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent. Nec in alienis cordibus tenebras peccatorum uincunt, quia uitam suam omnino scire refugiunt. Semetipsis quidem accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt. Hii autem qui exempla uirtutum prerogant, et lumen boni operis per uitam et uerbum iterantibus demonstrant, iure lampades appellantur. Quia et per ardorem desiderii, et per flammam uerbi, a peccatorum sordibus erroris tenebras repellunt. Qui igitur in occulto bene uiuit ⁶⁹, et alieno profectu minime proficit, carbo est. Qui uero in ⁷⁰ imitatione ⁷¹ sanctitatis positus, lumen esse rectitudinis multis demonstrat, lampas est, qui et

58. has lampadas *corr. en his lampadibus.*

59. earum *corr. en eorum d'une autre encre.*

60. tanget *corr. en tangit.*

61. lampadas *corr. en lampades.*

62. lampadas *corr. en lampadibus.*

63. que *gratté après et.*

64. peccatis suis *corr. en peccatorum suorum.*

65. quidem *gratté après ardent.*

66. expellent *corr. en expellunt par u suscrit sans suppression du e.*

67. quia *corr. en que.*

68. occultos seseque *corr. en occulti qui.*

69. uiuunt *corr. en uiuit par grattage.*

70. in *gratté devant imitatione et rétabli en interligne.*

71. immitatione *corr. en imitatione ; tilde gratté sur le e final.*

sibi ardet, et aliis lucet. **Iterum ante sedem, ta[m]quam mare uitreum simile cristallo** [Ap 4,6]. Mare uitreum, id est perlucidum donum bap̄tismi, dicit. Aquam mundam stabilem, non uento agitatam, non in procliuo defluentem, sed tamquam dono Dei, immobilem traditam⁷² ostendit. Sed cum dicit in conspectu throni lampades quę sunt spiritus, et mare uitreum in conspectu troni ostendit Spiritum in eo loco esse, quo et fontem bap̄tismi. Mare enim aqua est, sed non est dulcis, sed amara. Quid est hoc mare nisi bap̄tismus et p̄nitentia ? Sic enim ait : *Ante sedem, tamquam mare uitreum, simile christallo* [Ap 4,6]. Vitrum⁷³ enim cito frangitur, [fol. 90r^o a] ita et bap̄tismus in nobis cito frangitur, et pereclitatur. Lubrica est enim uia saeculi huius, glaciali iniquitate constricta. Quam cum modicę concupiscentiae calore resolverit, facilis est ad lapsum, ruinamque⁷⁴ miserorum. Iheremias in profundum putei sub iniqui regis potestate dimergitur, id est iusticia in peccatorum cęno, cum a diabolo fuerit separata mergitur. Sed et⁷⁵ Ēthiops⁷⁶ fidelis⁷⁷ ad p̄nitentiam conuersus, adsumptis triginta uiris, id est siuę beatę auxiliū Trinitatis, siue cum labore animae⁷⁸ et corporis de profundo putei, missis ad eum pannis ueteribus ; hoc est reductis in memoriam eius antiquis patribus⁷⁹, qui per peccatum lapsi, postmodum de profundis malorum, per p̄nitentiam, ad superna releuati sunt. Antiquis exemplis absconditis, et funibus, id est⁸⁰ testimoniis scripturarum, a cęno eximet, et luci restituet. Comple et tu legem Moysi ; cęcidit asinus fratris tui sub pondere, id est caro uicta a peccato⁸¹. Adclina te et humilia, subleua de ruina. Non erubescas, omni peccatori subiungi.

EXPLICIT EXPLANATIO SVpra SCRIPTAE STORIAE.

INCIPISTORIA QUATTVOR ANIMALIVM. [fol. 90r^o b]

Et⁸² uidi in medio throni et in circuitu throni quattuor animalia, plena oculis, ante et retro. Animal primum, simile leoni⁸³. Et secundum animal, simile uituli. Et tertium animal, habens fatiem similem hominis. Et quartum animal, simile aquilę uolantis. Haec quattuor animalia singula eorum habebant alas senas ; et in circuitu, et intus, plena sunt oculis ; et requiem non habent die ac noctę, dicencia : **Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens qui erat et qui est, et qui uenturus est**⁸⁴. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem, et benedictionem Sediti supra thronum, adorabunt⁸⁵ Uiuentem in saecula saeculorum, mittentes coronas suas ante thronum, dicentes : **Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, et honorem, et uirtutem, quia tu creasti omnia, et propter uoluntatem tuam erant, et creata sunt.** Et uidi in dexteram Seditis

72. um final corr. en am.

73. uitreum corr. en uitrum.

74. ruinem corr. en ruinam d'une autre encre.

75. et écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

76. Ēthiopus corr. en Ēthiops par grattage.

77. peccatorum gratté après fidelis.

78. spiritus gratté après animae.

79. ueterum patrum corr. en antiquis patribus.

80. id est ajouté en interligne d'une autre main.

81. est gratté après peccato.

82. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

83. s final gratté.

84. omnipotens gratté après est.

85. et gratté devant adorabunt.

supra thronum librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem. Et uidi angelum fortem predicantem uoce magna : quis est dignus accipere librum et soluere signacula eius, et nemo poterat, neque in cęlo, neque in terra, neque subtus terram aperire ⁸⁶ librum, neque respicere illum. Et ego inquit *flebam multum, quod nemo dignus inuentus est aperire librum, nec uidere illum.* [fol. 90v° a]
 Et unus de senioribus dicit michi : *Ne fleueris Iohannes. Ecce uicit Leo de tribu Iuda, radix Daud aperire librum, et sigilla eius. Et uidi in medio throni quattuor animalium, et in medio seniorum agnum stantem, quasi occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et uenit et accepit de dextera Sedentis supra thronum librum. Et cum accepisset librum, illa quattuor animalia et uiginti quattuor seniores cęciderunt ante Agnum ; habebant singuli citharas et phialas aureas ⁸⁷ plenas odoramentorum, que ⁸⁸ sunt orationes sanctorum, et cantabant canticum nouum, dicentes : Dignus es Domine accipere librum, et aperire signa eius, quoniam occisus es et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu et populo et lingua et nationes, et fecisti nos Deo regnum et sacerdotes ; et regnabimus in terra. Et uidi et audiui uocem angelorum multorum circa thronum et circa quattuor animalia, et circa seniores, et erat numerus eorum ⁸⁹ milia milium dicentium uoce magna : Dignus est Agnus qui occisus est accipere potestatem et diuitias ⁹⁰ et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem et omnem creaturam que in cęlo et que in terra, et subtus terram, et in mari, et que [fol. 90v° b] sunt in eis, omnes audiui dicentes sedenti in throno ⁹¹ : Benedictio, et honor, et claritas, et potentia, in saecula saeculorum. Et quattuor animalia dicebant amen, et seniores cęciderunt, et adorauerunt [Ap 4,6-11, 5,1-14].*

EXPLICIT STORIA. [fol. 91r° a]

INCIPIT EXPLANATIO QVATTVOR ANIMALIUM IN LIBRO III°.

Et ⁹² uidi in medio troni, et in circuitu sedis, quattuor animalia plena oculis, ante et retro [Ap 4,6]. Quattuor autem ⁹³ animalia, quattuor euangeliorum sunt ⁹⁴ formę. Quod plena ante et retro oculis introducuntur, praeterita uel futura Dei continere misteria, uel utriusque legis secreta sonare dicuntur. Et per contemplationem rerum spiritualium, omnem sanctae diuinitatis ⁹⁵ enuntiare fidem, et misterium secretorum cęlestium, patefacere demonstrantur.

Deinde, uniuscuiusque forma disponitur : **Primum** ⁹⁶ **leonis** ⁹⁷ **secundum** ⁹⁵ **uituli** ⁹⁸, **tertium** ⁹⁵ **hominis**, **quartum** ⁹⁶ **aquile** [Ap 4,7].

Si quidem in Euangelio, Matheus in ordine primus ponitur, quare primus scripsit ; sed in misterio maiores nostri, primum Marchum posuerunt. Et quod praecursor

86. Le grattage de deux lettres entre ape et rire a déchiré le parchemin.

87. a ajouté en interligne.

88. qui corr. en que par surcharge.

89. Quatre mots grattés entre eorum et milia.

90. Une déchirure sépare diuiti de as.

91. Trait de liaison entre throno et Benedictio.

92. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

93. autem ajouté en interligne.

94. est corr. en sunt.

95. ta ajouté en interligne de la même main.

96. us corr. en um par grattage et ajout de tilde.

97. s final ajouté d'une autre main.

98. o final corr. en i par surcharge.

Iohannes, uiam praeparans Christo. Qui Marchus plenus Sancto Spiritu scripsit aeuangelium Christi, aeloquio, græco, in Italia. Sequitur Petrum ut discipulus his initium ab spiritu prophetali, fecit dicens : Uox clamantis⁹⁹ in deserto : parate uiam Domino, ut hostenderet¹⁰⁰ Christum post adsumptionem carnis, Eūangelium prædicasse. In mundo enim ipse Christus, et prophetam in gentibus posui te. Bene ergo maiores nostri personam leonis Marchi aeuangelistæ¹⁰¹ significare describunt. [fol. 91r° b]

Et re uera apertissime et uere disseritur, quia et liber eius sic incipit : Initium Aeuangelii Ihesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est, in Eṣaya propheta : Ecce mitto angelum meum, qui respiciet ante fatiem tuam. Sed non est mirum, quod hic Eṣaias pro Malachia, est positus. Nam hoc testimonium, certissime in Malachia¹⁰² legi dinoscitur. Si quidem Eṣaias interpretatur salus Domini, Malachias angelus. Et ideo in exordio Eūangelii pro angelo id est Malachiam, salutem Domini quod est Eṣaias uoluit nuntiare. Vt per fidem Eūangelii uite præsentis, future stabilem perpetuitatis induceret. Deinde aetiam quid nuntius diceret, quod est angelus, Eṣaię uerba adsummit et dicit : Parate uiam Domino, rectas facite semitas Dei nostri. Vt promissa et pollicita salute nuntium ueritatis ostenderet, et corda hominum ad percipiendam gratiam repararet. In hoc autem forma leonis est, quia Iohannem in deserto prædicantem, et deserta amantem ostendit sicut dicit : Fuit Iohannes in deserto babtizans et prædicans babtismum penitentię, in remissione peccatorum. **Secundum animal simile¹⁰³ uituli¹⁰⁴** [Ap 4,7], **Lucam dicit** : Qui inter omnes aeuangelistas greco sermone¹⁰⁵ aetiam ut medicus in Grecia¹⁰¹ eūangelium scripsit. Teophilo episcopo initians a sacerdotali spiritu, dicens : Fuit in diebus Hērōdis regis Iudęę Zaccharias, ut manifestaret Christum post natiuitatem carnis et prædicationem eūangelii, [fol. 91v° a] ostiam fuisse effectam pro salute mundi. Ipse est enim sacerdos, de quo dictum est in Psalmis : Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. Vbi enim Christus aduenit, sacerdotium Iudęorum obmutuit, lex et prophetia cessauit. Bene ergo Lucam similem uitulo dicit : Vitulus enim in persona ponitur sacerdotum, sicut dicit in Eṣaia : Beati qui seminatis, super omnes aquas. Semen uerbum dicit, aquas populum. Imitantes¹⁰⁶ pedem bouis et asini, id est Iudaici et gentilis populi. Et hic initium suum de Zachariae sacerdotio adsumpsit, et dicit : Fuit in diebus Herodis regis Iudęę, sacerdos nomine Zacharias. **Et tertium animal, habens fatiem, similem hominis** [Ap 4,7]. Mattheum dicit qui primus eūangelium conscripsit litteris eḃraycis, et sermonibus. In Iudeam initians eūangelizare, ab humana Christi natiuitate dicens : Liber generationis Ihesu Christi, filii Daud, filii Abraham. Significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum erat in prophetis, per Spiritum Sanctum. Quia genealogia Domini, secundum carnem uoluit in sui libri Mattheus principio nuntiare. **Et quarum animal**

99. Un mot gratté après deserto.

100. Lire ostenderet.

101. a final corr. en æ.

102. m final gratté.

103. m final gratté.

104. s final gratté.

105. greci sermonis corr. en greco sermone.

106. inmitentes corr. en imitantes.

simile ¹⁰⁷ *aquilę uolantis* [Ap 4,7]. Iohannem dicit, qui in Asia Aeuangelium ultimus scripsit. Incipiens a uerbo ut ostenderet eundem Saluatorem, qui pro nobis dignatus est ¹⁰⁸ nasci, et pati, ipsum [fol. 91v° b] ante saecula Dei Verbum esse, ipsum e cęlo uenisse, et post mortem iterum ad cęlum remeasse. Hii sunt quattuor Aeuangelistę, quos Ezechieli Spiritus Sanctus demonstrauit ¹⁰⁹ in quattuor animalibus. Propterea autem per quattuor mundi partes fides christianę religionis, eorum praedicatione disseminata est. Animalia autem dicta sunt, quoniam propter animam hominis prædicatur aeuangelium Christi. Nam et *oculis plęna erant intus et foris* [Ap 4,6], quoniam præuident euangelia quę dicta sunt a prophetis, et promissa sunt ¹¹⁰ in priori. Crura ¹¹¹ autem eorum recta, quia nichil prauum in Eũangeliis est. Et alas senas tegentes crura et faties suas. Velata sunt enim quę tegebantur, in aduentu Christi. Eũangelium autem interpretatur greçę, quod latinę dicitur bona adnuntiatio. Greçę enim *eu*, bonum dicitur. Vnde et angelus nuntius interpretatur. Bene ergo Iohannes aquila ¹¹² uolans scribitur, qui neque de humanitate Domini, neque de sacerdotio, neque de Iohanne in hęremo conuersante, sed deserens omnia humilia, ad ipsam altitudinem caeli contendit. Quasi aquilę uolantis, de ipso proprię loquitur dicens : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Sed questio oritur quomodo hæc quattuor animalia ¹¹³, et in medio throni, et in circuitu throni, plęna oculis ante et retro scribuntur, nisi pro locis spiritualiter intelligantur ¹¹⁴. Quod si localiter secundum litteram intellecta fuerint, errorem [fol. 92r° a] fatiunt. Iam enim supra dixerat in medio throni sedentem Christum, et per circuitum throni seniores. Nunc autem dicit in medio throni animalia, et per circuitum throni, eadem animalia. Sed si aurem cordis adponitis, hæc omnia cognoscitis esse spiritualia. Quia solum de capite ¹¹⁵ dixit et membri ¹¹⁶, thronus enim greçę dicitur, latinę sella interpretatur, cum hic aliquando sedem aliquando thronum dicit, ubi episcopus sedeat. Hic thronus Aecclesia est, super quam Christus sedere dicitur. Et hæc ¹¹⁷ animalia quę ¹¹⁸ dicit in medio throni, et in circuitu throni, eadem esse animalia, id est, in medio Aecclesiae Eũangelia, et per circuitum ostendit mixta ¹¹⁹ esse, et unum omnia. Quia et Eũangelia in senioribus et seniores in Eũangeliis, sine se esse non possunt. Quomodo enim erunt animalia in circuitu sedis, ubi iam supra dixerat uiginti quattuor seniores occupasse loca ¹²⁰ ? nisi ut intellegas seniores, et

107. simile ajoutę en interligne.

108. et grattę entre est et nasci.

109. significauit corr. d'une manière très confuse qui permet de deviner difficilement demonstauit.

110. sa sunt écrit sur des lettres grattęes.

111. crure corr. en crura par surcharge.

112. aquilę corr. en aquila.

113. ii final corr. en ia.

114. intellegantur corr. en intelligantur.

115. caput corr. en capite.

116. membra corr. en membri.

117. hanc corr. en hæc.

118. quam corr. en quę.

119. m final grattę.

120. locum corr. en loca.

animalia unum esse. In medio throni quod dicit, in Christi corpore Eꝑclesiam conuinctam cognosce, ita ut capud¹²¹ et membra, unum hominem intelligas¹²² esse. Plena oculis quod dicit ante et retro, lege et Eꝑangelium¹²³ intellege¹²⁴, siue Spiritum Sanctum per precepta diuina fidelibus inspirare, et ante et retro omnia circum inspicientia et praeterita et futura conspicientia. **Animal primum, simile leonis** [Ap 4,7]. Fortitudo Aecclesie ostenditur in leone, sicut dicit : *Ecce uicit leo de tribu Iuda* [Ap 5,5]. Sed quomodo sit fortis Eꝑclesia, in secundo ostendit. Simile ait uitulo, id est uic-[fol. 92r° b]-timeꝑ. Haec enim fortitudo Aecclesieꝑ, dicitur¹²⁵ uictima¹²⁶. Et quid sit leo et uitulus, in tertio declaratur. *Habens inquit fatiem sicut homo* [Ap 4,7]. Humilitatem Eꝑclesie queꝑ cum habeat adobtionem filiorum Dei, uidetur ut homo, nichil preꝑter humanitatem possidere. Sicut de Domino dictum est : Cum esset in forma Dei, non rapina arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inuentus ut homo. Humiliauit se, obꝑediens factus usque ad mortem. Et quid sint animalia tria, in quarto conclusit dicens : *Similem ait aquileꝑ uolantis* [Ap 4,7]. Quia in aquila, nichil de terrena nominauit, nisi ut qui fortis fuerit in passione, sit in leone. Et qui semetipsum semel obtulerit in olocausto¹²⁷, sit in uitulo. Et qui rationalis fuerit, id est preꝑterita recordet, praesentia ordinet, futura praeuideat, ut eum a quo factus¹²⁸ est Patrem cognoscat, et in opere imittetur¹²⁹, sit in homine et nihil proderit ei si more aquileꝑ in contemplationis¹³⁰ pinna, semper in celo oculos fixos non habuerit. Heꝑ fecit¹³¹ semper patriarcharum et prophetarum Aecclesia, antequam incarnata esset diuinitas. Cum et adhuc sol iusticieꝑ in corpore non fulserat, ut dies manifestaretur, tamen illi istius saeculi noctem¹³² in celo, id est in Eꝑclesia, fulgebant sicut stellae¹³³. Postquam enim sol ueritatis ꝑmicuit, et diuinitatis sueꝑ lumen per carnem [fol. 92v° a] manifestauit, et subditus Legi ministrum se ostendit, et apostolos duodecim ut diem faceret ꝑlegit, in haec¹³⁴ quattuor animalia omnem Aecclesiam congregabit. Et dum illa tria aliquis conspexisset¹³⁵, more aquileꝑ in quarto, in celo ubi cadauer suum ireꝑ conspexerat, semper contemplationis oculos figeret, ut semper liber a terra suspensus, duum¹³⁶ testamentorum gubernaculis aeleuaretur¹³⁷. Haec faciunt¹³⁸ membra que¹³⁹ cum

121. caput corr. en capud.

122. intellegas corr. en intelligas.

123. um final suscrit sans suppression du o.

124. intellege corr. en intellige.

125. dicitur ajouté dans la marge d'une autre main.

126. m final gratté.

127. Lire holocausto.

128. facturus corr. en factus.

129. emittet corr. en imittetur.

130. es final corr. en is par surcharge.

131. facit corr. en fecit.

132. t ajouté en interligne d'une autre encre.

133. a final corr. en æ.

134. hac corr. en hæc.

135. Les premiers s et e sont suscrits.

136. duorum corr. en duum par grattage.

137. Une lettre grattée entre aeleua et retur.

138. facit corr. en faciunt par un suscrit.

capite ¹⁴⁰ cupiunt ¹⁴¹ esse unita. **Haec quattuor animalia, singula eorum habebant alas senas per circuitum** [Ap 4,8]. In hæc ¹⁴² quattuor animalia, ostendit uiginti quattuor seniores. Nam senę alę, quattuor animalium, uiginti quattuor ales sunt et in circuitu throni uidit animalia ubi se dixerat seniores uidisse. Nam quomodo animal sex alarum ¹⁴³ simile ¹⁴⁴ potest esse aquilę, cum aquila ¹⁴⁵ duas habeat alas? Aut quomodo tria animalia, id est leo, uitulus, et homo, alas habere dicuntur, cum eorum spetiem habere non uidemus? Sed hoc in ministerio, non ut sonat, esse credamus. Senas autem alas habere describuntur ¹⁴⁶, quia in his sex diebus ebdomadę presentis, quibus mundus constat, sui uaticinii uerba diffundunt. Quod quattuor autem senas alas habere dicuntur, [fol. 92v^o b] quod duodecim bis uiginti quattuor fiunt. Id est bis duodena patriarcharum et apostolorum sancta doctrina est, qui sui mundum uaticinii pŕeconio docuerunt ¹⁴⁷. In hac eademque ¹⁴⁸ doctrina, laus Trinitatis exponitur. Et sine requię, sanctus tertio repetitum nomen asseritur ¹⁴⁹. Quę laus ad unum omnipotentem perlata, Deum trinum ¹⁵⁰ uniusque ¹⁵¹ substantiæ manifestat. Hunc ante omnia, et post omnia saecula, memoratorum uatum doctrina pŕedocuit, eundemque uenturum ad iudicium summæ ex omnibus perfectorum asserunt ¹⁴⁶ uoces. Et quia aquilam Aecclesiam diximus, dignum est ut duas alas eius, interpretando duo testamenta esse dicamus, per que ¹⁵² Eccclesia ad cęlum uolare dinoscitur. Sic enim in hęc ¹⁵³ aquila, conclusit omnia. Et tribus animalibus, aquila ponitur ultima. Et quia illa tria non uolant, sed ista sola, aperte cognoscas, quę in contemplationis mente deffigitur. Ipsam nuncupari Aecclesiam. In Ezechiele uero per sanctum prophetiæ spiritum, hæc pennata animalia subtiliter scribuntur. Vt hæc ęuangelistarum significarent ¹⁵⁴ personas, ipsa nobis subtilitas descriptionis aperiat. Nichilque sermo Dei, nostro intellectui dubiętatis relinquat ¹⁵⁵. Ecce enim dicitur: Similitudo autem uultus eorum, faties hominis, et faties leonis, a dextris ipsorum quattuor. Fatiem autem bouis, a sinistris ipsorum quattuor. Et faties aquilę, desuper ipsorum quattuor. Quod enim quattuor hęc pennata animalia, sanctos quatuor [fol. 93r^o a] Aeuangelistas, ipsa uniuscuiusque libri Eęuangelii initia, testantur. Nam quia ab humana generatione cępit iuræ per hominem Matheus. Quia per clamorem in deserto, recte per leonem Marchus. Qui a sacrificio exorsus est, bene per uitulum Luchas.

139. qui corr. en que.

140. caput corr. en capite.

141. cupit corr. en cupiunt par un suscrit.

142. hac corr. en hæc.

143. alis corr. en alarum.

144. similis corr. en simile.

145. e final corr. en a.

146. dis initial corr. en des.

147. docuent corr. en docuerunt par ru suscrit.

148. a suscrit.

149. ad initial corr. en as.

150. um écrit sur des lettres grattées.

151. que ajouté d'une autre main.

152. quibus corr. en que.

153. hac corr. en hęc.

154. n ajouté en interligne au-dessus de et.

155. n gratté entre a et t.

Qui ¹⁵⁶ uero a ¹⁵⁷ diuinitate ¹⁵⁸ uerbi cepit, digne per aquilam significatur Iohannes, dicens : In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Dum ipsa diuinitatis substantia intendit, quasi more aquile oculos in celo fixit.

Sed quia electi homines membra sunt Redemptoris nostri, ipse autem Redemptor noster capud ¹⁵⁹ est omnium electorum, per hoc quod membra eius figurata sunt, nichil obstat, si aetiam in his omnibus ¹⁶⁰ animalibus ¹⁶¹, et ipse signetur. Ipse enim unigenitus Dei Filius, ueraciter factus est homo.

Ipse in sacrificio nostrae redemptionis dignatus est mori, ut uitulus. Ipse per uirtutem suę fortitudinis, surrexit ut leo. Leo uero, apertis oculis dormire peribetur. Quia in ipsa morte in qua ex humanitate Redemptor noster dormire potuit, ex diuinitate sua, immortalis permanendo uigilauit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad celos, in superioribus eleuatus ut aquila. Totum ergo simul nobis est et nascendo homo, et moriendo uitulus, et resurgendo leo, et ad celos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hec animalia Aeuangelistas quattuor, et sub eorum spetie simul perfectos homines iam superius [fol. 93r° b] significari diximus, restat ut quomodo unusquisque electorum in istis animalium ¹⁶² uisionibus exprimitur, ostendamus. Omnis etenim electus atque in uia Domini perfectus, et homo et uitulus et leo, simul et aquila est. Homo enim rationale est animal. Vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo uero fortis est bestia sicut scriptum est. Leo fortissimus bestiarum, nullius pauebit occursum. Aquila ad sublimia euolat, et inreuerberatis oculis radiis intendit. Omnis itaque qui in ratione ¹⁶³ perfectus est homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mundi uoluntate mortificat uitulus est. Quia uero ipsa sua uoluntaria mortificatione contra aduersa omnia, fortitudinem securitatis habet, leo est. Vnde scriptum est : Iustus autem quasi leo confidens absque terrore quiescet. Certissime istæ talis leo est. Qui uero subtiliter contemplatur ea que ¹⁶⁴ celestia atque terrena sunt aquila est. Igitur quoniam iustus quisque per ¹⁶⁵ rationem homo. Per sacrificium mortificationis suae, uitulus. Per fortitudinem securitatis ¹⁶⁶ leo. Per contemplationem uero efficitur aquila. Recte per haec sancta animalia, signari unusquisque perfectus potest. Quod idcirco dicimus ut ea que de quattuor animalibus dicta sunt, pertinere quoque aetiam ad perfectos ¹⁶⁷ singulos demonstremus. Sed grandis nobis de eisdem euangelistis [fol. 93v° a] et sanctis predicatoribus questio oritur cur homo et leo, a dextris ipsorum quattuor habere peribentur ¹⁶⁸ ? Neque enim sine admiratione est, quur

156. a final gratté.

157. d final gratté.

158. Tilde gratté sur le e final.

159. caput corr. en capud.

160. nominibus corr. en omnibus.

161. animalium corr. en animalibus.

162. animalibus corr. en animalium.

163. rationale corr. en ratione.

164. ut gratté après que.

165. ad corr. en per.

166. e suscrit.

167. orum final corr. en os.

168. n suscrit.

duo illi ¹⁶⁹ a dextris, et unum hoc esse a sinistris dicitur? Et rursus querendum cur aquila non a dextris uel sinistris, sed super ipsorum quattuor esse memoratur? **D**uas itaque nobis questiones abiecimus, quas oportet ut, aperiente Domino, dissoluamur. **H**omo igitur et leo a dextris, uitulus uero a sinistris esse peribetur. **A** dextris etenim leticiam, a sinistris uero tristitiam habemus. **V**nde et sinistrum nobis esse dicimus, et sicut prefati sumus per hominem incarnatio. **P**er uitulum passio. **P**er leonem uero auctoris nostri ¹⁷⁰ resurrectio designatur. **D**e incarnatione autem Unigeniti Filii qua redempti sumus, omnes electi letati sunt. **D**e morte uero illius, ipsi ¹⁷¹ electorum primi sancti Apostoli contristati, qui iterum de eius resurrectione gauisi sunt. **Q**uia ergo eius natiuitas et resurrectio leticiam discipulis prebuit, quos eius passio contristauit. **H**omo et leo a dextris. **V**itulus uero a sinistris eius fuisse describitur. **I**psi namque **A**euangelistae sancti de eius humanitate gauisi sunt, de eius resurrectione confirmati, qui de eius passione fuerant contristati. [fol. 93v° b] **H**omo ergo et leo eius, a dextris sunt ¹⁷², quia Redemptoris nostri eos incarnatio uiuificabit, et ¹⁷³ resurrectio confirmauit. **S**ed uitulus a sinistris, quia mors illius eos, ad momentum temporis, in infidelitate prostrauit. **I**urę autem locus aquile non iuxta, sed desuper esse describitur. **Q**uia per hoc quod eius ascensione signatur, seu quia **V**erbum Patris Domini apud Patrem esse denuntiat super **ę**uangelistas cęteros, **I**ohannes uirtute ¹⁷⁴ contemplationis excreuit. **C**um quibus ¹⁷⁵ de eius deitate loquitur, ac tamen omnibus subtilius ¹⁷⁶ contemplatur. **S**ed si aquila cum tribus animalibus iuncta ¹⁷⁷, quattuor animalia esse memorantur, mirum quomodo desuper ipsis ¹⁷⁸ quattuor esse describitur, nisi quia **I**ohannes per hoc quod in principio **U**erbum uidit; etiam super semetipsum transiit. **N**am et si non ¹⁷⁹ transisset, uerbum in principio non uidisset. **Q**ui ergo semetipsum transgressus est, non iam solummodo super tria, sed adiuncto se ¹⁸⁰ esse super, quattuor fiunt. **S**equitur. **E**t faties eorum, et penne eorum, extente desuper. **F**aties et penne extente desuper scribuntur, quia omnis intentio, omnis contemplatio sanctorum super se tendit ut illud ¹⁸¹ possit adipisci, quod in cęlestibus aperit. **S**iuue enim bono operi ¹⁸², seu uero inuigilet contemplationi, tunc ueraciter hoc [fol. 94r° a] quod ait bonum est, quando ei placere concupiscit, a quo est. **N**am qui bona agere uidetur, et per haec non Deo sed omnibus placere desiderat, intentionis suę fatiem deorsum premit. **E**t quod in sacro **ę**loquio ea que diuinitatis sunt contemplatur, ut per hoc quod intelligit occupari ad questiones possit, quia non

169. ille *corr. en illi.*

170. auctori nostro *corr. en auctoris nostri.*

171. ipse *corr. en ipsi.*

172. est *corr. en sunt.*

173. et *ajouté en interligne.*

174. m *final gratté.*

175. et simul *gratté après quibus.*

176. b *gratté entre li et us.*

177. ad *initial gratté.*

178. ipsorum *corr. en ipsis par grattage et surcharge.*

179. non *ajouté en interligne.*

180. se *inséré entre adiuncto et esse.*

181. illut *corr. en illud.*

182. s *final gratté.*

de dulcedine beatitudinis saciari appetit, sed doctus uideri, iste sine dubio intellectus sui pennas, desuper non extendit. Sed quoniam sensus sui uigilantiam terreno appetitu occupat, pennas quas subleuare in altum, et a¹⁸³ quibus subleuari ipse potuit, multum deponit. Qua in re pensandum est ut omne bonum quod agitur per intentionem semper ad cęlestia leuetur.

Qui enim per bona quę facit, terrenam gloriam concupiscit, pennas suas et faciem deorsum deprimit. Hinc enim per prophetam, de quibusdam dicitur :

Victimas in profundo deferebant.

Quid enim sunt aliud¹⁸⁴ lacrimę, orationes, nisi uictimę orationis nostrę, sicut scriptum est : Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui propter ea se in prece lamenti¹⁸⁵ affitiunt, ut aut terrena lucra adquirant, aut ab hominibus sancti esse uideantur. Quid isti, nisi uictimas in profundo deferunt, qui per hoc quod in terreno amore sunt quae requirunt, orationis suę sacrificium deorsum ponunt ? Electi autem qui¹⁸⁶ et in bono opere omnipotenti Deo placere [fol. 94r° b] appetunt, et per contemplationis gratiam aeternam iam beatitudinem degustare concupiscunt, facies et pennas desuper extendunt. Sequitur.

Duę penne singulis horum¹⁸⁷ iungebantur, et duę tegebant corpora eorum.

Dictum fuerat, facies et penne eorum extente desuper, atque mox subiunctum est, hoc quod dictum est.

Quia due penne, singulorum iungebantur. Vbi aperte intelligitur, quia extendebantur desuper et iungebantur. Due uero tegebant corpora eorum. Quid autem pennis animalium, nisi ale nominantur ?

Qua in re nobis diligenti perscrutatione querendum est, quę sunt quattuor penne sanctorum, ex quibus duę extente iunguntur, due uero eorum corpora tegunt. Si enim uigilanter aspicimus, quattuor esse uirtutes inuenimus, quibus¹⁸⁸ a terrenis actibus hominem pennatum animal leuant, de¹⁸⁹ futuris uidelicet, amor et spes.

De praeteritis autem, timor et penitentia. Penne ergo sibimet iunctę, superius extenduntur, quia sanctorum mentem, amor et spes ad superna eleuant.

Quę abtę quoque coniunctę nominantur, quia electi sine dubio et amant cęlestia que sperant, et sperant quę amant. Due uero corpora tegunt, quia timor et penitentia ab Omnipotentis¹⁹⁰ oculis, eorum mala preterita abscondunt. Duę itaque ut [fol. 94v° a] dictum est penne, iunguntur sursum, quando amor et spes electorum corda ad superiora eleuant et ad cęlestia suspendunt. Duę autem penne tegunt corpora, quando eorum mala praeterita a conspectu ęterni Iudicis timor et penitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt, quia pertimescunt et deflent, quid aliud quam corpus cooperiunt, qui facta carnalia per superducta bona opera a districto examine abscondunt ?

Scriptum quippe est : Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus supponimus. Omne

183. a ajoutę en interligne.

184. t final corr. en d par surcharge.

185. s final grattę.

186. a final grattę.

187. singulorum corr. en singulis horum.

188. Quae corr. en quibus d'une autre main.

189. in corr. en de.

190. ti ajoutę en interligne.

enim quod operitur ¹⁹¹ inferius ponitur, et hoc unde operitur desuper ducitur. Quando enim alienamus mala quę fecimus, et eligimus bona quę facimus, quasi cooperimentum ei rei superducimus, quam erubescimus uideri. Quamlibet enim sancti uiri in hac adhuc uita sunt, habent tamen quod ante Dei oculos operire ¹⁹² debeant.

Quod omnino est impossibile, aut ¹⁹³ in opere, aut in locutione numquam delinquant. Vnde et beatus Iob qui perfecta quidem hominum dixerat, Dei tamen uocem audiens seque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat : Manum meam ponam super os meum. In manu quippe operatio, in hore locutio est. Manum ergo super os ponere est, peccata locu-[fol. 94v° b]-tionis per uirtutem boni operis tegere.

Libet fratres karissimi ad huius rei testimonium magistrum gentium Paulum uocare, qualiter sanctum illud animal alis quattuor innitatur, aspicere. Ex quibus duabus, ad superiora euolat, duabus uero pennis corpus contegit, quia preterita quę egerat abscondit. Videamus igitur quantus hunc amor ad cęlestia eleuat, cum dicit : Michi uiuere Christus est, et mori lucrum. Cognoscamus quanta spe ad superiora attollitur, cum dicit : Nostra conuersatio in celis est, unde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Ihesum Christum. Videamus, si et in tantis uirtutibus positus, adhuc timet. Castigo corpus meum, et seruituti subicio, ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala fecisse, pęnitet. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum Aecclesiam Dei. In quibus uerbis, quid aliud quam duritia nostrę mentis accusatur ? quia ipse plangit quod ante bap-tismum commiserat, nos uero et post bap-tisma multa mala commisimus, et ¹⁹⁴ tamen flere recusamus. Quattuor itaque pennis ¹⁹⁵ sancta animalia utuntur, quia et per amorem et spem ad cęlestia ęuolant, et per timorem et pęnitentiam facta in se inlicita deplorant. Sed quia dictum est, duę penne singulorum iungebantur, hoc fortasse intellitur ¹⁹⁶, quod non pennas proprias ęuolantes iungant, sed unius ad alterum penna coniuncta sit. Penne uidelicet ęleuatę uicissim sibi in coniunc-[fol. 95r° a]-tione concordent. Qua in re questio oritur, quasi duę penne quę ęleuantur, amorem et spem. Duę uero quę corpora tegunt timorem et pęnitentiam designant. Cur duę quę extense sunt dicantur esse coniunctę, et duę quę corpora tegunt non dicuntur ? Sed hac in re facilis, Deo largiente, ratio occurrit quod sanctorum penne coniunctę sunt amore ¹⁹⁷ et spe ¹⁹⁸. Duę uero penne quę corpora tegunt sibimetipsis ad alterum coniunctę non sunt timore ¹⁹⁹ et pęnitentia. Dabit ²⁰⁰ enim pro lapsu carnis, timendo ²⁰¹, penitendo et affligendo

191. operatur corr. en operitur.

192. i final corr. en e.

193. ut gratté devant aut.

194. et ajouté en interligne.

195. pennas corr. en pennis.

196. Corr. intellegitur.

197. e ajouté après amor.

198. s final gratté.

199. e final ajouté d'une autre encre.

200. Lire Dauid.

201. et gratté devant penitendo.

penituit. Petrus casum perfidie²⁰² fleuit amare. Paulus in se crudelitatem preteritae persecutionis plangit. Omnes tamen unam patriam appetunt, ad unum Auctorem omnium peruenire festinant. Duę ergo singulorum penne coniunctę sunt, et duae non sunt, quia per amorem et spem unum est quod desiderant, sed per timorem et penitentiam diuersum est quod deplorant.

Sequitur : Et unum quoque eorum coram fatie²⁰³ sua²⁰⁴ ambulabat. Dictum superius fuerat unum quodque²⁰⁵ eorum ante fatiem suam gradiebatur, nunc autem dicitur, coram fatie sua ambulabat. Ipsa itaque reppetita uidetur esse sententia. Sed quia coram in presentia dicimus, possumus subtilius inquirendo discernere quod aliud sit ante fatiem ambulare, atque aliud in praesenti. Ante fatiem quippe ambulare est, anteriora petere. In presenti uero ambulare est, sibimetipsi absentem non esse. Omnis etenim iustus qui uitam sua²⁰⁶ sollicitus aspicit, et diligenter considerat quantum [fol. 95r° b] cotidiae in bonis crescat, aut fortasse quantum a bonis decrescat, iste quia se ante se ponit, coram se ambulat. Quippe qui uigilanter uidet, utrum surgat an defluat. Quisquis ergo uite sue custodiam negligit²⁰⁷ discutere que agit, que loquitur, que cogitat, aut despicit, aut nescit, coram me iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus uel actibus ignorat. Nec sibimetipsi praesens est, qui semetipsum cotidie exquirere aut cognoscere sollicitus non est. Ille autem se ueraciter²⁰⁸ ante se ponit, sibique in presenti est, qui se in suis actibus tamquam alium attendit. Nam sunt multa peccata que committimus, sed idcirco nobis grauia non uidentur, quia priuato nos amore diligenter clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur. Vnde fit plerumque ut et nostra mala grauia leuiter, et proximorum mala leuia grauius iudicemus. Scriptum quippe est : Erunt homines, se ipsos amantes. Et scimus quia uehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Ex quo fit ut hoc quod nos agimus et graue esse non extimamus, plerumque agatur a proximo, et nimis nobis detestabile esse uideatur. Sed quare hoc quod nobis uile uidetur et nobis graue uidetur in proximo. Nisi quia nec nos sicut proximum, nec proximum concupiscimus sicut nos. Si enim nos sicut proximum [fol. 95v° a] aspiceremus, nostra reprehensibilia districtę uideremus. Et rursum : Si proximum aspiceremus ut nos, numquam nobis eius actio appareret intolerabilis. Qui sepe fortasse alia egimus, et nichil in nobis proximo intolerabile fecisse putamus. Hoc male diuisum mentis nostrae iudicium, corrigere per legis praeceptum Moyses studuit, cum dixit : Vt iustus deberet esse modius, equusque sextarius. Hinc Salomon ait : Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abhominabile est apud Deum. Scimus quia in negotiatorum duplici pondere aliud maius, aliud minus est. Nam aliud pondus habent, ad quod adpensant sibi, aliud pondus ad quod adpensant proximo. Ad dandum pondera²⁰⁹ leuiora, ad accipiendum uero grauia²⁰⁴ preparant. Omnis itaque homo qui aliter pensat ea que proximo, et aliter ea que sua sunt, pondus et pondus habet. Vtrumque ergo, abhominabile est

202. i suscrit.

203. Tilde effacé sur e final.

204. m final gratté.

205. d ajouté en interligne, d'une autre main.

206. Corr. suam.

207. negligit corr. en negligit par grattage.

208. se gratté avant ante.

209. o final corr. en a.

apud Deum. Quia si sic proximum, ut se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret. Et sic se sicut proximum aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicite uidere, nosque ipsos, ut dictum est ante nos ponere. Vt pennata animalia incessanter imitantes²¹⁰, sciamus quid agimus, coram fatie nostra²¹¹ semper ambulemus. Peruersi autem, sicut [fol. 95v° b] paulo ante iam diximus, coram fatie sua non ambulant, quia ea quę agunt numquam considerant. Ad interitum attendunt, grauis actibus exultant. De quibus scriptum est: Qui lætantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Sępe uero iustus qui eos conspicit deflet, et ipsi freneticorum more plangunt, et rident. Alii indigentibus de rebus propriis multa largiuntur, sed cum occasionis tempus inuenerint, indigentes opprimunt, eosque quibus ualuerint, rapinis deuastant. Ponunt ante cogitationis²¹² suae oculos bona quę fatiunt, et non ponunt pessima quę committunt. Hii uidelicet coram fatię sua non ambulant, quia si sibimetipsis praesentes essent, cuncta subtiliter quę agunt uiderent. Et qualiter bona opera malis actibus perdant, agnoscerent. Sicut scriptum est: Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. De pertuso quippe sacco aliunde exit²¹³, quod aliunde mittitur, quia indiscrete mentes mercedes²¹⁴ quę ex bono opere adquiruntur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdantur. Alius castitatem corporis seruat, seque²¹⁵ uigilanter circuminspicit, ne quid foris reprehensibiliter admittat, suis contentus est, aliena non deripit, sed tamen in corde odium fortasse contra proximum seruat. Et, cum scriptum sit, qui odit fratrem suum, [fol. 96r° a] homicida est. Considerat quam sit mundus in opere, et non perpendit, quam sit crudelis in mente. Quid iste nisi sibimedipsi sapiens est, quia in cordis sui tenebras ambulat et ignorat? Alius iam aliena non diripit, iam corpus ab inmunditia custodit, iam mente pura proximum diligit, et malorum praeteritorum conscius lamentis se in precibus afficit²¹⁶, sed finita²¹⁷ prece²¹⁸ de quibus in hoc mundo gaudeat requirit temporalibus gaudiis, neglegentem animum dimittit nec curat, nec in eo lacrimarum mensuram, inmoderata gaudia transeant. Fitque ut bonum nimis ridendo perdat, quod plangendo lucratus est. Hic itaque coram fatie sua²¹⁹ non ambulat, quia damna quę patitur conspiciere recusat. Scriptum quippe²²⁰ est: Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi laetitia. In cunctis ergo quę agimus, diligenter nosmetipsos conspiciere interius et exterius debemus. Vt pennata animalia sequentes nobismetipsis presentes simus, et coram fatię²²¹ nostram semper ambulemus. Quid est ergo quod post se propheta uocem audit commotionis

210. inmitantes *corr. en* imitantes.

211. m *final gratté*.

212. es *final corr. en is par surcharge*.

213. exiit *corr. en* exit.

214. merces *corr. en* mercedes *par ajout de de en interligne*.

215. *Plusieurs lettres grattées*.

216. ad *corr. en* af *par grattage et surcharge*.

217. Tilde *gratté sur a final*.

218. m *final gratté*.

219. fatiem suam *corr. en* fatie sua.

220. i *suscrit*.

221. nos *gratté en fin de ligne*.

magne, nisi quod post sermonem prædicationis que²²² fit a corde peccantium, lamenta penitentium secuntur? Peruersi etenim quoddam prauè agunt, et a iustis recta non audiunt, nesciunt quam sint graua que committunt, atque ex sua ignorantia [fol. 96r° b] in suo stupore securi sunt. Et iacentes in culpis, quasi molliter quiescunt. Sicut de quodam peccatore et securo populo dicitur. **Requieuit in fecibus suis, qui securus iacet in peccatis.** Cum ergo audire peruersi uerbum predicationis ceperint, que sint supplitia aeterna cognoscere, quid²²³ terror iudicii, quam subtilis examinatio de singulis quibusque peccatis, ilico contremiscunt. Implentur gemitibus, et²²⁴ se capientibus suspiriis afficiuntur, atque magno pauore concussi, in luctu et fletibus erumpunt. **Prophetam uox magne commotionis sequitur, quia post uerbum prædicationis, conuersorum atque penitentium luctus audiuntur.** Qui enim prius quieti iacebant in uulnere, tacti postmodum manu medicine, cum dolore redeunt ad salutem. **De hac commotione penitentium, per prophetam alium dicitur. Pedes eius steterunt, et mota est terra.** Quia cum ueritatis²²⁵ uestigia in mente audientium figuntur, ipsa mens in sui consideratione turbata commouetur. **Hinc psalmista pro peccatoribus exorans dicit: Qui sedes super cherubin, moueatur terra. Hinc pro affectibus et penitentibus deprecans ait: Commouisti terram et conturbasti eam; sana contritiones eius, quia mota est. Terra quippe commota et turbata, [fol. 96v° a] est peccator²²⁶ de cogitatione reatus sui anxius, et ad poenitentiam lamenta perductus. Peccanti enim homini dictum est. Terra es, et in terram ibis. Exortet ergo ut sanetur contritio terrae, quia mota est. Quatenus peccator qui de culpis suis affligitur, de celestis misericordiae gaudio consoletur. Hec est itaque uox commotionis magne, quando unusquisque sua acta diiudicans, in afflictione penitentiae perturbatur. Sed quid uox ipsa dicat, audiamus. **Benedicta gloria Domini de loco suo. Locus enim maligni spiritus, fuerant corda peccantium. Sed cum sibimedipsis irati, per penitentiam redeunt ad uitam, gloriae Domini locus fiunt. Iam enim se contra se erigunt, iam penitentiae lacrimis insecuntur mala, que commiserant. Inde ergo adicitur. Benedictio glorie in laude Dei. Vnde prius sonabant creatoris iniuria de amore praesentis saeculi, et corda penitentium fiunt iam Domino locus suus, que prius in peccatis posita, fuerat locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis suis ad Dominum conuertantur, non solum delent lacrimis peruersa que fecerunt, sed aetiam miris operibus ad alta profitiunt, uelut sancta animalia Dei omnipotentis fiunt, ut signis²²⁷ et uirtutibus ad alta euolent, ut terram funditus deserant, et accepto dono, [fol. 96v° b] se ad caelestia per desiderium suspendant. De quibus adhuc subditur. Et uocem alarum animalium, percutientium altera ad alteram²²⁸. Audit post se propheta uocem commotionis magnae. Quia, sicut dictum est, uerbum prædicantium, luctus²²⁹ penitentium****

222. qui corr. en que.

223. d ajouté en interligne.

224. non gratté après et.

225. ueritas corr. en ueritatis par grattage du s et ajout de tis en interligne.

226. tar final corr. en tor par grattage et o suscrit.

227. Lettres grattées et remplacées par s final.

228. um final corr. en am.

229. luctum corr. en luctus.

sequitur. Audit post se uocem animalium alarum, quia²³⁰ ex ipso luctu penitentium, oriuntur uirtutes sanctorum.

Vt tanto magis in sancta oratione proficiant, quanto se ante cognitionem uite, nequiter egisse meminerunt. Sed est in his uerbis magna²³¹ dubitatio, quia non aperte per prophetam dicitur, ut horum unum quodque²³² animal²³³ suas in semetipsis percutiunt. Certe²³⁴ haec eadem animalia alis suis se uicissim feriant, ut ala huius alteram, et ala alterius est, ut animal tangat. Sed quia plerumque in sacro aeloquio, ideo aliquid obscure²³⁵ dicitur, ut dispensantem mirabiliter multipliciter exponatur, mox caritati²³⁶ uestrae utraque exponere, largiente Domino debemus. Sæpe iam alas animalium, uirtutes diximus esse sanctorum. Quomodo ergo unum quodque²³⁷ animal alas suas excutiens²³⁸, alteram ad alteram percutit, nisi quod aperte datur intelligi, quia si sancta animalia efficimus, uirtus in nobis uirtutem excitat, dum una²³⁹ alteram ad perfectionem pulsat. Ecce etenim quis habet uerbi²⁴⁰ Dei scientiam, atque per eandem scientiam dicit, ut uiscera etiam misericordiae, habeat. Per scientiam [fol. 97r° a] quippe uerbi²⁴¹ Dei dicit: date elemosinam, et ecce omnia munda sunt uobis. Cumque iam esse misericors in elemosinis ceperit, uerba sanctae auctoritatis legit. Et quicquid in eisdem misericordiae dicitur, uberius per experimentum intellegit. Ibi enim scriptum est: Pater eram pauperum. Quid est ergo quod haec pennata animalia uicissim altera ad alteram feriuntur, nisi quod omnes sancti se inuicem suis uirtutibus tangunt, et sese ad profectum excitant, ex consideratione uirtutis aliene. Non enim uni dantur²⁴² omnia, ne in superbia elatus cadat. Sed huic datur quod tibi non datur, et tibi datur quod illi negatur. Vt dum iste considerat bonum quod habet²⁴³, et ipse non habet, te sibi in cogitatione preferat. Et rursum: Dum tu habere illum conspicias quod non ipse habes, te illi in tua cogitatione postponas, et fiat quod scriptum est: Superiores sibi inuicem arbitantes. Vt enim pauca ex multis loquar, isti miræ abstinentiæ uirtus tribuitur, et tamen uerbum scientiae non habet, illi datur uerbum scientiæ, et tamen uirtutem perfecte abstinentiae adprehendere conatur, et non ualet. Vhic²⁴⁴ libertas uocis tribuitur, ut oppressis quibusque protectionis solacium inpendens, ad defensionem iusticiae libere loquatur, sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidens, relinquere omnia uolet, et non ualet. [fol. 97r° b] Illi uero iam datum est omnia terrena relinquere, ut nichil in hoc mundo cupiat habere, sed tamen

230. que corr. avec quelque incohérence en quia par surcharge et deux i suscrits.

231. e corr. en a par grattage et surcharge.

232. d ajouté en interligne sans doute d'une autre main.

233. alas supprimé devant suas.

234. hanc gratté devant certe.

235. a gratté devant e final.

236. s final gratté.

237. d ajouté en interligne.

238. excutientes corr. en excutiens par grattage et rattachement du s final.

239. m final gratté.

240. s final gratté.

241. uerbum corr. en uerbi.

242. n ajouté en interligne de la même main.

243. q gratté devant habet.

244. Sic, pour huic.

auctoritatem uocis contra peccantes quosque non p̄sumit exercere. Et qui ideo ²⁴⁵ plus loqui libere debuit, quia iam non habet unde in hoc mundo teneatur, loqui contra alios libere recusat, ne ipsa uitae suae quietem perdat. Isti uirtus prophetiæ data est, multa iam quæ uentura sunt p̄uidet, sed tamen p̄sentis proximi egritudinem conspiciens, atque conpatiens, non ualet curare. Illi data est curationis gratia, atque a corpore proximi ²⁴⁶ molestiam quæ in presentibus ²⁴⁷ est orationibus repellit, sed tamen quod seipsum paulo post sequatur ignorat. Mira itaque dispensatione ²⁴⁸ omnipotens Deus sic in ēlectis suis sua dona dispensat, ut isti det quod illi negat, et alterius maius, quod alteri minus tribuat. Quatenus dum uel iste habere illum conspicit, quod ipse non habet, uel ille hunc maius accepisse considerat, quod sibi minus adesse pensat, dona Dei alter in altero, id est uicissim homines admirentur. Atque ex hac ipsa admiratione humilietur alter alteri, et quem uidet habere quod non habet, eum diuino iudicio sibi p̄latum putet. Alis ergo suis uicissim animalia feriunt, dum sanctę mentes se ²⁴⁹ alternis seruitutibus tangunt. Et tangendo excitant, atque excitatę ad profectum uolant. Alis ergo [fol. 97v^o a] se tangunt, quia inde se uicissim ad profectum excitant, unde uolant. Hoc itaque Omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque uni cuilibet regioni fructus tribuere. Sed si unaquęlibet regio alterius regionis fructibus non indigeret, communionem cum altera non habuisset. Unde fit ut huic uini, alii uero olei, habundantiam tribuat. Hanc multitudinem pecudum ²⁵⁰, illam uero ubertate habundare fatiat frugum. Vt cum illa deferat quod ista non habet, et ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiæ sibi simul ētiam diuisæ terræ coniunctę sint. Sicut enim regiones terrarum, ita sunt mentes sanctorum. Qui dum uicissim sibi conferunt ²⁵¹, quasi fructus suos regiones, regionibus inpendunt, ut una omnes caritate iungantur. Sed inter hæc sciendum est quia sicut ēlecti quique ²⁵² hoc se semper aliis adtendunt, quod a Deo melius acceperunt, cum ipsi ut eos sibi in cogitatione praeferant, se illis in humilitate substernant, ita reproborum mens numquam considerat quid alter boni amplius quam alter habeat, neque enim pensant quid bona spiritualiter acceperint, et ipsis desint, sed quæ bona ipsi et quæ mala adsint [fol. 97v^o b] alteri. Et cum Omnipotens adhuc uirtutes singulis diuidat, ut alterum alteri in cogitatione humiliet ²⁵³, adhuc reprobi pertrahunt ²⁵⁴ bonum quod acceperunt. Vt ex eo hii ēlatione perdantur, dum semper considerant bona quæ ipsi habent et alii non habent, et numquam perpendere studeant quanta bona alii habeant, et ipsi non habeant. Quid ergo diuina pietas in augmento disponit, humilitatis hoc mentes reprobe, in argumento uertunt ēlationis. Et ex diuersitate munerum ab eo deficiunt, unde crescere in humilitatis bono debuerunt. Propter hoc ergo necesse est fratres karissimi, ut in uobis hoc

245. Dans la marge gauche, trait oblique encadré par deux points.

246. Lettres grattées après proximi.

247. presentis corr. en presentibus par grattage et surcharge.

248. sa ajouté en interligne de la même main.

249. se ajouté dans la marge de la même main.

250. Pecodum corr. en pecudum par lettre suscrite sans suppression du o.

251. ant final corr. en unt par lettre suscrite sans suppression du a.

252. a gratté entre qui et que.

253. at corr. en et par e suscrit sans suppression du a.

254. h ajouté en interligne d'une autre main.

semper debeatis aspicere quod minus habetis. In proximis uero, hoc quod uobis amplius acceperunt, quatenus dum super uosmetipsos ²⁵⁵ eos pro bono quod ipsi habent et uos non habetis aspicitis, ad hoc quoque obtinendum aetiam uos ex humilitate crescatis. Si enim et uos in illis accepta bona perpenditis, et illi in uobis considerant dona quę habetis, uicissim uos alis tangitis, ut excitati semper ad cęlestia euoletis. Et intus **plena sunt oculis** [Ap 4,8]. Intus dicit quod malis occultum sit lumen Eũangeliũ quod non nisi a sanctis fidei oculis aspicitur, et quod ipsi sancti, humilitate conecti, futurę claritati reseruantur. Corpora itaque animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circuminspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala sollerter cauens. [fol. 98r^o a] Et hoc est laboriosior, ubi sanctorum mens uehementer inuigilat, ne inhereant eorum oculis ²⁵⁶ mala, et sub bonorum spetię abscondant. Circum inspecta est ergo uita sanctorum, ne sic sit libera, ut superba sit. Quia sepe superbia excedit ²⁵⁷ in uerbis, et uideri appetit libertas puritatis. Nec sic sit humilis ut formidolosa, quia aliquando timor restringit animum, ut loqui quę recta sunt, non presumat. Sed tantum, in ipsa timida cogitatione, humilitate esse simulat. Nec sic sit parca, ut tenax sit, quia plerumque tenacia parsimoniam appetit extimari, ut iuste ac necessarię uideatur tenere, quicquid egenti proximo non uult inpendere ²⁵⁸. Quia nonnumquam, effusio esse misericordiam putat. Aliud ²⁵⁹ est enim pietatis studio, necessaria ²⁶⁰ proximis dare, aliud ²⁶⁴ ea quę possidentur, sine mercede intentionis dispergere. Quicquid ergo agitur in radice intentionis pensandum est, quo merito apud iudicium Creatoris habeatur. Sicut Saluator ait: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Oculum uidelicet intentionem, corpus uero actionem nominans. Quia si nostra intentio apud Deum simplex fuerit, in eius iudicio, nostra actio tenebrosa non erit. Corpora ergo animalium plena sunt oculis, cum se hinc inde cautę circum inspiciunt. Haę ergo praedicationes quamuis quattuor sint, una est tamen [fol. 98r^o b] quia de uno ore procedunt, sicut fluuius in paradiso cum sit unus, in quattuor partes diuisus est. Oculos autem intus et foris habere animalia, id est predicationum Noui Testamenti prouidentiam spiritualem ostendit, qui et secreta cordis inspicit, et superuenientia uidet, quę ²⁶¹ sunt intus, et foris. *Alæ* ²⁶² *senæ* ²⁵⁷ [Ap 4,8], testimonia sunt Ueteris Testamenti librorum. Ideoque uiginti quattuor fatiunt, tot ²⁶³ numeros, quod et senioribus ²⁶⁴ super tribunalia. Sed sicut animalia uolare non possunt ²⁶⁵, nisi pennas habeant, sic praedictio Noui Testamenti fidem non habet, nisi habeat Ueteris Testamenti preñuntiata testimonia, per quę ²⁶⁶ tollitur a terra et uolat. Semper enim quod ante dictum est

255. uos initial écrit d'une autre main sur des lettres grattées.

256. oculos corr. en oculis par surcharge.

257. et final corr. en it par surcharge.

258. Grand trou dans la marge qui repousse la justification sur trois lignes.

259. t final corr. en d d'une encre plus claire.

260. e final gratté.

261. qui corr. en que par surcharge.

262. a corr. en æ d'une encre plus claire.

263. h gratté entre t et o.

264. seniores corr. en senioribus par surcharge.

265. potest corr. en possunt.

266. m final gratté.

et postea factum inuenitur, illud ²⁶⁷ fidem facit indubitabilem. Rursum tamen et ale si non erant animalibus, uitam unde trahant non habeant. Nisi enim que praedixerunt prophete in Christo non fuissent completa, inanis erat praedicatio illorum. Hec ²⁶⁸ tenet ²⁶⁹ Ecclesia ²⁷⁰ catholica ²⁶⁵, et ante per prophetas praedicata, et postea in Christo consummata. Volat et merito tollitur a terra uiuum animal. Iudaei autem qui non accipiunt Noui Testamenti praedicationem adsunt eis ale sed non uiuunt ²⁷¹, [fol. 98v^o a] id est inanem praedicationem hominibus afferunt, facta dictis non conferentes. Sunt autem libri Ueteris Testamenti qui excipiuntur uiginti quattuor, quos ²⁷² in epitomis Theodori inuenies. Sed ut uiginti quattuor ut diximus, patrebus ²⁷³ et apostolis ²⁷⁴ iudicare populum suum oportet. Interrogantibus enim apostolis et dicentibus, nos omnibus nostris relictis secuti sumus te, quid erit nobis? Respondit Dominus noster: Cum sederit Filius hominis supra solium glorie suae, sedebitis et uos super duodecim tribunalia, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed et patribus qui abiudicaturi sunt, ait Iacob patriarcha: Dan iudicabit et ipse populum suum inter fratres suos, sicut una tribus Israel. *Et a sede procedebant fulgura et tonitrua, et septem facule ignis ardentis* [Ap 4,5]. Significat praedicationes, et repromissiones a Deo et minas. Nam fulgura aduentum Domini significant. Voces autem, Noui Testamenti praedicationes. Tonitrua autem, quod caelestia sunt uerba praedicatorum indicant ²⁷⁵ turbis ²⁷⁶. Faculae ignis ardentis, donum Spiritus Sancti, quod in lignum passionis est redditum. Et cum haec fierent, cecidisse ²⁷⁷ dicit uniuersos maiores natu et adorasse Dominum. *Cum darent animalia illa gloriam et honorem* [Ap 4,9], id est aeuangelica actio, scilicet Domini, et doctrina, cum adimpleret ²⁷⁸ [fol. 98v^o b] ante per illos praenuntiatum uerbum digno merito que exultant. Scientes secreta, et Uerbum Domini ministrasset. Denique et quia uenerat qui mortem disiungeret, et coronam immortalitatis solus dignus sumeret, omnes habebant pro gloria aliquas actus sui optimi coronas. *Et proiecerunt coronas suas sub pedibus eius* [Ap 4,10], id est propter eminentem uictoriam Christi, omnes uictorias sub pedibus eius. Hoc et in Euangelio subpleuit, Spiritu Sancto ostendendo, quando exierunt obuiam, et alii uestimenta sua prosternebant, alii palmas, et rama de arboribus. Duos scilicet populos ostendens, unum patriarcharum et alium prophetarum magnorum uirorum. Qui quascumque habebant ²⁷⁹ palmas uictoriarum suarum contra peccatum, uictori hominum Christo eas sub pedibus iactabant. Palma autem et corona idem significat, quoniam non datur nisi uictori. Sic illi mittentes coronas suas, clamabant dicentes: **Dignus es Domine Deus**

267. t final corr. en d d'une encore plus claire.

268. hoc corr. en hec.

269. n gratté avant le t final.

270. m final gratté.

271. Grand trou sur le parchemin en bas de la colonne b.

272. quod corr. en quos par grattage et surcharge.

273. patre corr. en patrebus (sic) d'une autre encre.

274. os corr. en is d'une autre encre.

275. n suscrit d'une autre encre.

276. turba corr. en turbis.

277. se gratté devant dicit.

278. Grand trou sur le parchemin en bas de la colonne a.

279. Grand trou dans la marge qui repousse la justification sur cinq lignes.

noster accipere gloriam, et honorem, et uirtutem, quia tu creasti omnia, et propter nomen tuum erant et creata sunt [Ap 4,11]. Erant inquit et creata sunt. Erant secundum Deum a quo cuncta priusquam fierent possessa sunt. Creata sunt autem, et ut a nobis uiderentur sicut Moyses dicit : Nonne ipse est pater tuus qui possedit, fecit et creauit te ? Possedit in presentia, fecit ²⁸⁰ Adam, creauit ex Adam. **Et uidi super dexteram Sedentis in throno ²⁸¹, librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem** [Ap 5,1]. [fol. 99r° a] Liber hic qui interius exteriusque narratur scriptus, presentis mundi omnis est creatura, cuius interiora prescit Dominus, et exteriora cognoscit uel excedit ²⁸², exterius mundum uirtute potentiae circumscriptum, uel scrutatur interius, sua ²⁸³ euidentiis maiestate. *Septem sigillis signatum* [Ap 5,1] dicitur, ut presentis ebdomadis definitio, quam mundus constat appareat, siue ²⁸⁴ liber scriptus ²⁸⁵ duo sunt Tæstamenta, Uetus et Nouum. Quod autem dicit intus et foris, Lex est ante aduentum, que ²⁸⁶ uidetur in lectione. Intus cum non intelligitur, quia et in Lege Aeuangelium latet, sicut Ezechiel dicit : rota, intra rotam ²⁸⁷, id est Euangelium intra Legem ²⁸², et occultum iacebat, sicut Psalmographus ait : Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Quia obscurata est scientia, in prophetis. Sed Salomonis uoce adtestante didicimus ²⁸⁸ : Gloria regum ²⁸⁹ est cęlare uerbum et gloria Dei est inuestigare sermonem. Quia et honor est omnium eorum id est regnorum, secreta abscondere, et gloria Dei est misteria sermonis eius predicare, et aperire. Ipsa autem per se Ueritas dicit : Quę dico uobis in obscuro, dicite in lumine. Id est aperte, exponite, quę allego uobis in obscuritatibus auditis. Magne uero utilitatis est, ipsa obscuritas aeloquiorum Dei quia exercet uerbum, ut fatigationem dilatetur. Et ostensus, capiat quod capere non possit otiosus. Habete quoque maius aliud ²⁹⁰, quia scripturae sacre intellegentia quę [fol. 99r° b] si in cunctis est aperta uilesceret, in quibusdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine inuenta reficit, quanto maiori labore fatigat animum quesita. Ecce enim sancti Ezechielis nunc uoce dicitur. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram. Quid ²⁹¹ autem rota nisi sacram scripturam significat, quę ex omni parte ad auditorum mentes uoluitur, et nullo erroris angulo a pędicationis suae uia retinetur ? Ex omni autem parte uoluitur, quia inter aduersa et prospera, et recte humiliter incedet. Circulus quippe preceptorum illius, modo sursum, modo deorsum est. Quia ipsa que perfectioribus spiritualiter dicuntur, infirmi ²⁹² iuxta litteram ²⁹³ intelligunt ²⁹⁴. Docti autem ²⁹⁵ uiri, per spiritualem intelligentiam ²⁸⁹ in

280. in gratté avant Adam.

281. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

282. et final corr. en it par surcharge d'une autre encre.

283. sua ajouté dans la marge d'une autre encre.

284. l final gratté.

285. s final ajouté d'une autre encre et d'une autre main.

286. od final gratté en remplacé par e d'une autre encre.

287. Tilde ajouté d'une autre encre.

288. Le second di ajouté en interligne de la même main.

289. n gratté entre g et u.

290. t final corr. en d.

291. quod corr. en quid d'une autre encre.

292. s final gratté.

293. Grand trou dans le parchemin qui repousse la justification sur quatre lignes.

294. intelle corr. en intelli d'une encre plus claire.

altum ducunt. Quis namque paruulorum in facto Esau et Iacob quod alter ad uenatum mittitur ut benedicatur, alter uero per subpositionem matris a patre benedicatur, nisi iuxta sacre lectionis storiā pascitur? In qua uidelicet storiā, si inadtellectum paulo subtilius adstringatur²⁹⁶ uidetur. Quia Iacob primogeniti benedictionem subripuit, sed ut sibi debita accepit, quam concedente patre de talentis mercede²⁹⁷ emerat. At uero si quis altius sentiens, utrorumque facta [fol. 99v° a] uellit per allegoriam secreta discutere, protinus ab istoria in ministerium surgit. Quid est enim quod Ysaac de maioris filii sui uenatione comedere concupiuit, nisi quod omnipotens Deus Iudaici²⁹⁸ populi²⁹³ bonam operationem desiderauit? Sed illo tardante, minorem Rebecca subposuit, quia dum Iudaicus²⁹⁹ populus²⁹⁴ bona opera foras querit, gentilem populum mater gratia³⁰⁰ introduxit, ut omnipotenti patri lium³⁰¹ boni operis afferret, et benedictionem maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos³⁰² ex domesticis animalibus prebuit, quia gentilis populus placere Deo de exterioribus sacrificiis non querens, propter uocem prophetae dicit :

In³⁰³ me sunt, Deus, uota quę reddam laudationes tibi. Quid est quod isdem Iacob manus ac brachia et collum edinis pellibus textit, nisi quod edus pro peccato offerri consueuit, et gentilis populus carnis quidem in se peccata mactauit, se³⁰⁴ coopertum peccatis carnalibus non erubuit confiteri. Quid est quod uestimentis fratris maioris induitur nisi quod sacre scripturę praecepti³⁰⁵ quę maiori populo data fuerunt, in bona operatione uestitus est, et eis minor in domo utitur, que maior foris exiens intus reliquit³⁰⁶. Quia ille gentilis populus precepta tenet in mente, [fol. 99v° b] quę Iudaicus populus habere non potuit, dum solam in eis litteram adtendit. Et quid est quod Isaac eundem filium nescit quem benedicit, nisi hoc quod gentili populo, Dominus per psalmistam dixit? Populus quem non cognoui seruiuit michi; ob auditu auris obaudiuit michi. Quid est quod presentem non uidet, et tamen quę ei in futuro ueniat uidet, nisi quod omnipotens Deus cum per prophetas suos praedicaret gentilitati gratiam prerogandam eam in presenti per gratiam non uidit? Quia tunc in errorem dereliquit³⁰⁷, et tamen qui hoc quandoque collecturus erat, per benedictionis gratiam preuidet. Vnde et eidem³⁰⁸ Iacob gentilis populi figuram tenenti, in benedictionem dicitur: Ecce odor filii mi, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus Deus. Sicut enim in Euangelio ueritas dicit: Ager est hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus per electos suos, in uniuerso mundo

295. autem ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

296. n gratté entre a et t.

297. m final gratté.

298. o final corr. en i par surcharge.

299. os corr. en us par u suscrit sans suppression du o.

300. e final gratté.

301. fi gratté devant lium.

302. ciuos corr. en cibos.

303. Grand trou dans le parchemin qui réduit la justification sur cinq lignes.

304. d final gratté.

305. s final gratté.

306. t final corr. en d d'une autre encre.

307. n gratté devant q, et t final corr. en d.

308. e initial suscrit.

uirtutibus redolet odor filii ³⁰⁹, ut ³¹⁰ odor agri pleni. Aliter namque olet flos uue, quia magna est uirtus et opinio praedicatorum qui ebriant mentes audientium. Aliter flos oleę ³¹¹, quia suavis est opus misericordię, quod more olei refouet et lucet. Aliter flos roseę, quia mira est flagantia quę rutilat et redolet ex odore martirum. Aliter flos lilii, quia candida carnis est de incorruptione uirginitatis. Aliter flos uiole, quia magna est uirtus humilium, qui ex desiderio loca ultima tenentes [fol. 100r^o a] se per ³¹² humilitate in altum licet non subleuent ³¹³, tamen cęlestis regni purpuram in mentem seruant ³¹⁴. Aliter redolet spica cum ad maturitatem perducitur, quia et bonorum operum perfectio ad societatem eorum qui iusticiam esuriunt, praeparatur. Quia ergo gentilis populus in ęlectis suis ubique per mundum aspersus ³¹⁵ est, et ex eis uirtutibus quas agit, omnes qui intellegunt odore ³¹⁶ bone opinionis replet, dicatur recte : Ecce odor fili mi, sicut odor agri pleni. Sed quia easdem uirtutes ex semetipso ³¹⁷ non habet, adiungat. Cui benedixit Dominus. Et quoniam isdem ęlectus ³¹⁸ populus per quosdam aetiam in contemplatione surgit, per quosdam uero in actiue uite solummodo opera pinguescit, recte illic adicitur. Det tibi Dominus de rore caeli, et de pinguedine terrae. Ros enim desuper et subtiliter cadit, et quotiens de rore cęli accipimus, totiens ³¹⁹ per effusionem contemplationis intime, de supernis aliquid tenuiter uidemus. Cum uero bona opera ętiam per corpus agimus, et terrae pinguedine ditamur. Quid est autem quod Esau ad patrem tardius redit, nisi quod ³²⁰ Iudaicus populus ad placendum Domino sero reuertitur ? Cui et hoc in benedictionem dicitur : Tempusque erit, cum soluatur iugum de collo tuo, quia a seruitute peccati Iudaicus populus in finem liberabitur. Sicut scriptum est : Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel saluus fieret. Quem non paruulorum ipsa ęuangelica storia [fol. 100r^o b] in miraculi operatione reficiat, quod idrias uacuas Dominus aqua impleri pęcepit, eandemque ³²⁰ aquam statim in uino uertit. Sed cum euigilantiores ingenio audiunt et sacra storia credendo uenerantur, quid interius insinuat requirunt. Qui enim mutare aquam in uino potuit, etiam uacuas idrias uoluit uino statim replere. Sed impleri idrias aqua iubet, quia ipsius et sacre lectionis storia corda nostra replenda sunt. Et aquam nobis in uino uertit, quando ipsa storia per allegorie misterium in spiritalem nobis intellegentiam commutatur. Rota ergo quasi per terram traitur, quia paruulus humili sermone concordat. Et tamen magnis spiritualia infundens, quasi circulum in altum leuat. Et inde sursum erigitur, unde terram tangere paulo ante uidebatur. Quia uero undique ędificat, quasi per circulum rota currit. Vnde et in lege scriptum est : Faties candelabrum ductile de auro mundissimo,

309. i final ajouté d'une autre encre.

310. ut suscrit d'une encre plus claire.

311. ęę écrit d'une encre plus claire sur des lettres grattées.

312. semper corr. en se per par grattage du m.

313. n suscrit d'une autre encre.

314. ad corr. en as.

315. m final gratté.

316. a final corr. en o.

317. tus ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

318. quotiens corr. en totiens.

319. in gratté après quod.

320. n suscrit d'une encre plus claire.

astile eius et calamus scifos et sperulas ac lilia ex ipso producentia. Quis in candelabro nisi Redemptor humani generis designatur? qui in natura humanitatis infusus³²¹ lumine³²² diuinitatis, ut mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine³¹⁷ omnis peccator in quibus³²³ iaceret tenebris uideretur. Qui pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit, candelabrum tabernaculi [fol. 100v° a] ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile autem feriendo producitur, quia Redemptor noster qui ex conceptione et natiuitate perfectus Deus et homo extitit, passionis³²⁴ dolores pertulit, et sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Ex auro purissimo, ductile candelabrum fuit. Quia et peccatum non habuit, et tamen eius corpus per passionis contumelias ad mortalitatem profecit. Nam iuxta uirtutes anime quod percussione potuisset proficere, omnino non habuit. In membris autem suis quę et nos sumus, cotidie percussione proficit. Quia dum nos tundimus et efficimur ut eius esse mereamur.

Ipse proficit, de cuius corpore scriptum est, ex quo totum corpus per nexus et coniunctione subministratum et constructum crescit in augmentum Dei. Corpus quippe illius, nos omnes sumus, per nexus uero et coniunctiones corpus ligatur, quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachiis manus, digiti manibus sunt coniuncti, ac membra cętera membris inherent, corpus omne efficitur. Sicut sancti apostoli qui³²⁵ Redemptori nostro propinqui extiterunt, quasi pectus capiti inęserunt³²⁶, quos quia martires sunt secuti³²⁷, quasi coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores et doctores subiuncti sunt, per bona opera manus brachiis inherent. Hoc uero omne corpus Redemptoris nostri, [fol. 100v° b] cotidie per nexus et coniunctiones subministratur in celo. Quia cum ad eum illuc electi ducuntur³²⁸, ei sua membra conliguntur³²⁹. De quo benedicuntur subministratum et constructum, crescit ad augmentum Dei. Quia Deus omnipotens Redemptor noster qui in se quod proficiat non habet, adhuc per membra sua cotidie augmentum habet. Vnde rursus scriptum est: Donec occurramus ei in uirum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Astile uero eiusdem candelabri ipsa Aecclesia debet intelligi, quę corpus eius est, quia in tanta aduersa libera adstat. Calami autem qui de astile prodeunt, praedicatores sunt, qui dulcem sonum in mundo ediderunt, uidelicet canticum nouum. Scifi autem, uino repleri solent. Quid ergo mentes auditorum, nisi scifi sunt quę sanctis pędicantibus, uino scientię replentur? Sperula autem quid est aliud, nisi uolubilitas predicationis? Spera enim ex omni parte uoluitur, et praedicatio quę nec aduersitate retinere potest, nec prosperitatibus eleuatur. Spera est, quia et inter aduersa fortis, et inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo figi non ualet, quia per cuncta se uolubiliter trahit³³⁰; ut autem hoc quod exempli

321. infusi corr. en infusus d'une encre plus claire

322. lumen corr. en lumine d'une encore plus claire.

323. i suscrit.

324. passionem et corr. en passionis.

325. a final gratté.

326. it final corr. en erunt.

327. c suscrit.

328. do initial corr. en du par u suscrit sans suppression du o.

329. antur corr. en untur par u suscrit sans exponctuation du a.

330. h ajouté en interligne d'une autre encre.

causa protulimus, exequamur. Bene post calamos, scifos et sperulas in candelabro lilia describuntur. Quia postea quam diximus predicationis gratia atque uolubilitate illa girans³³¹ patriam [fol. 101r^o a] sequitur³³², animabus sanctis, id est floribus uernantem³³³ aeternis. Sperulę enim, ad laborem pertinent, lilia ad retributionem; itaque sicut apud Moysen sperula doctrina praedicationis accipitur, ita hic rota ipsa sacra scriptura signatur. Propheta igitur, dum sancta animalia uideret, adiunxit³³⁴. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram. Qua in re querendum est cum interius rote scribantur, cur unam rotam prius apparuisse dicitur, nisi antiquo populo uetus solummodo testamentum datum est, quod ad erudiendam³³⁵ mentem illius, quasi rota uolueretur. Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum est, terra es, et in terram ibis. Rota³³⁶ ergo super terram apparuit, quia omnipotens Deus legem super corda peccantium dedit. Sed quia et pennata animalia sanctos, ut diximus, Aeuangelistas designant. Quomodo prius animalia, et postmodum rota una aspicitur, dum ante Testamentum Uetus fuerit, et postmodum sancti Eūangelistę secuti sunt? Sed intelligere in his possumus quod illi prius a propheta uisi sunt, qui merito transcendunt. Nam quanto sanctum Eūangelium Testamentum Uetus praecellit, tanto et prędicatores eius in discretione prophetica preferri debuerunt. Quamuis sit adhuc aliud³³⁷ quod in hac discretione considerari debetur³³⁸, quia prophetię spiritus sic intra semetipsum anteriora [fol. 101r^o b] et posteriora simul colligit, ut et simul prophetę lingua proferre non possit. Sed ampla quę uidet, dispertitis sermonibus emanat, et nunc ultimę post primam, post ultimam loquitur. Vnde et Ezechiel propheta sub figura sanctae uniuersalis Aecclesię et Eūangelistarum gloriam per quattuor animalium similitudinem uidit, et tamen repente illa subiungit, quę anterioribus temporibus gesta sunt. Vt patenter indicet, simul se uidisse quod carnalis lingua non suficeret simul dicere. Quia uero quattuor animalibus³³⁹ etiam perfectos homines significare³⁴⁰ dicimus, considerandum quoque est quosdam sanctorum et ante legem fuisse, quia naturale³⁴¹ legem³⁴² districtę iuberent, et omnipotenti Domino placerent. Post animalia ergo rota describitur, quia electorum multi apud omnipotentem Dominum perfecti, et ante legem fuerunt. Sin uero animalia solos³⁴³, ut diximus, eūangelistas debemus accipere. Est adhuc aliud, quod considerare debeamus. Videbat enim sanctus propheta, quia haec ipsa uerba quę obscuritatibus obuoluta proferebat, non iudaico populo, sed gentibus panderentur. Nobis igitur loquens, prius animalia et post rotam

331. e corr. en a par surcharge.

332. quae gratté après sequitur.

333. n ajouté en interligne après na.

334. n ajouté en interligne avant x.

335. o final corr. en am.

336. rotę corr. en rota.

337. t corr. en d.

338. debeant corr. en debetur.

339. ia final corr. en ibus d'une autre encre.

340. significari corr. en significare d'une encre plus claire..

341. Corr. naturalem.

342. qui naturali lege corr. en quia naturale legem d'une encre plus claire.

343. solus corr. en solos.

scribere debuit, quia nos ad fidem, Domino largiente, uenientes, non per Legem Eūangelium sed per sanctum Eūangelium Legem didicimus. Vbi [fol. 101v° a] uero uel qualis rota apparuerit, adiungit cum dicit: **Iuxta animalia**, habens quattuor faties, ubi adhuc subditur. Et aspectus rotarum et opus earum, quasi uisio maris, et una similitudo ipsarum quattuor et aspectus earum et opera, quasi rota, in medio rotae. **Quid est hoc** quod cum una rota diceretur, paulo post adiungitur, quasi si sit rota in medio rotae, nisi quod in Testamento Ueteris littera? Testamentum Nouum latuit, per allegoriam. Vnde et rota eadem, quae iuxta animalia apparuit, quattuor faties habere describitur. **Quia Scriptura sacra** per utraque Testamenta, in quattuor partibus est distincta. **Uetus** etenim Testamentum in Lege et Prophetis. **Nouum** uero in eūangeliis, atque Apostolorum Actibus et dictis. **Scitur** autem quia ubi fatiem intendimus, ibi quod necesse est uidemus. **Rota** ergo quattuor habet faties, quia prius resecanda mala in populis uidit per Legem, postmodum uidit per Prophetas. **Subtilius** uero per Aeuangelium. **Ad extremum** autem per Apostolos, et quae in culpis hominum resecarentur, aspexit. **Potest** quoque intelligi, quod quattuor faties rota habeat. **Propter hoc** quod Scriptura sacra, per gratiam predicationis ostensa, in quattuor mundi partes innotuit. Vnde et bene eadem rota, una prius iuxta animalia [fol. 101v° b] apparuisse, et postmodum quattuor faties habuisse describitur, quia nisi Lex Aeuangelio³⁴⁴ concordaret in quattuor mundi partes non innotesceret. **Sequitur**: Et aspectus rotarum, et opus earum, quasi uisio maris. **Recte** sacra eūloquia uisione³⁴⁵ maris simili enarrantur, quia in eis magna sunt uolumina sententiarum, cum alis³⁴⁶ sensuum. **Nec** inmerito maris similis Scriptura sacra dicitur, quia firmantur in ea sententiae locutionis, sacramento bap̄tismatis. **Vel** certe considerandum est quia nauibus in mare nauigamus, cum ad desideratas terras tendimus. **Noua** autem quid est in desiderio, nisi illa terra de qua scriptum est? **Portio** mea in terra uiuentium. **Ligno** autem, ut dixi, eueitur, cum mare transit. **Et** scimus quia Scriptura sacra, lignum crucis per Legem nobis p̄nuntiat cum dicit: **Maledictus** omnis, qui pependit in ligno. **Quod** Redemptori nostro, Paulus adtestatur dicens: **Factus** pro nobis, maledictus. **Per** prophetam quoque lignum adnuntiat cum dicit: **Dominus** regnauit a ligno. **Et** rursus: **Mittamus** lignum in pane eius. **Per** Eūangelium uero, lignum crucis aperte ostenditur, ubi ipsa Domini passio per Prophetam declaratur. **Per** Apostolos autem, et eadem crux aetiam in uerbis et operibus tenetur, cum Paulus dicit: **Michi** mundus crucifixus est, et ego mundo. **Et** rursus: **Michi** autem absit [fol. 102r° a] gloriari, nisi in cruce Domini nostri Ihesu Christi. **Nobis** ergo qui ad eūternam patriam tendimus, Scriptura sacra per quattuor suas faties mare est, quae crucem adnuntiat. **Quia** nos ad terram uiuentium ligno portat, nisi autem maris Scripturam sacram similem, cerneret Propheta, minime dixisset. **Repleta** est terra scientia Domini, sicut aque³⁴⁷ maris operientis. **Sequitur**: Et una similitudo ipsarum quattuor et aspectus earum et opera, quasi si sit rota in medio rotae. **Vna** similitudo ipsarum est quattuor, quia quod p̄dicat Lex hoc etiam Prophete. **Quod** denuntiant Prophete, hoc exhibet

344. um final corr. en o par grattage de tilde et surcharge.

345. i final corr. en e.

346. cumuli corr. en cum alis.

347. aquas corr. en aque.

Euangelium, hoc predicauerunt Apostoli, per mundum. Vna ergo est similitudo ipsarum quattuor, quia diuina eloquia, etsi temporibus distincta sunt, tamen sensibus unita. Et aspectus earum et opera, quasi rota in medio rote. Rota in rota est, Testamentum Nouum sicut diximus intra Testamentum Uetus, hoc est Testamentum Nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis loquar, quid est quod Adam dormiente Eua producitur, nisi quod moriente Christo Aecclesia formatur? Quid est quod Ysaac ad immolandum ducitur, et ligna portat, are superinponitur et uiuit, nisi quod Redemptor noster ad passionem ductus, lignum sibi crucis ipse portauit, et sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, ut tamen immortalis maneret [fol. 102r° b] ex diuinitate? Quid est quod homicida post mortem summi Pontificis adsolutus ad terram propriam redit, nisi quod humanum genus quod peccando sibimetipsi mortem intulit, post mortem ueteris sacerdotis, uidelicet Redemptoris nostri, peccatorum suorum uinculis soluitur, et in paradisi possessione reparatur? Quid est quod in tabernaculo propiciatorium fieri ³⁴⁸ iubetur, super quod duo cherubim unum ad summitatem unam, et alterum ad summitatem aliam ex auro purissimo ponuntur, expandentes alas et operientes ³⁴⁹ oraculum, qui se mutuo respiciunt uersis uultibus in propiciatorium, nisi quod utraque Testamenta ita sibi in mediatorem Dei, et hominum congruunt, ut quod unum signat, hoc alterum exhibeat? Quid enim per propiciatorium, nisi ipse Redemptor humani generis designatur, de quo per Paulum dicitur? Quem proposuit Deus propitiationem per fidem, in sanguine ³⁵⁰ ipsius. Quid uero per duo cherubin ³⁵¹ que plenitudo scientiae dicuntur, nisi utraque Testamenta signata sunt, ex quibus unum ad summitatem unam propitiatorii aliud uero ad ³⁵² summitatem alteram ³⁵³ adstat. Quia quod Testamentum Uetus de incarnatione nostri Redemptoris [fol. 102v° a] cepit prophetando promittere, hoc Testamentum Nouum perfecte narrat expletum. Duo autem cherubin ³⁴⁵ ex auro mundissimo facta sunt, quia in utraque Testamenta pura ac simplici ueritate distribuuntur. Expandunt uero alas et oraculum operiunt, quia nos qui omnipotentis Dei oraculum sumus, a culpis imminentibus ³⁵⁴ scripture sacrae edificatione tegimur. Cuius, dum sententiae ³⁵⁵ sollicitate ³⁵⁶ aspiciamus, ab errore ignorantiae eius alis uelamur. Duo cherubim se mutuo respiciunt uersis uultibus in propiciatorium, quia utraque Testamenta in nullo a se discrepant, et quasi ad ³⁵⁷ semetipsa uicissim faties tenent, quia quod unum promittit, hoc aliud ³⁵⁸ exhibet; dum inter se positum mediatorem Dei et hominum uident. Faties quippe a semetipsis cherubin auertuntur ³⁵⁹, si quod

348. Gros trou sur le parchemin, qui a contraint le scribe à n'écrire que quelques mots sur quatre lignes.

349. tis corr. en tes.

350. m final gratté.

351. m final corr. en n par grattage.

352. d suscrit.

353. summitate alteri corr. en summitatem alteram.

354. imminentis corr. en imminentibus.

355. n ajouté en interligne après sen d'une encre plus claire.

356. a gratté entre t et e. Grand trou coupant quatre lignes comme au recto.

357. d ajouté en interligne d'une encre plus claire.

358. t corr. en d.

359. auerterent corr. en auertuntur.

unum Testamentum promitteret, aliud³⁵² negaret. Sed dum concorditer de mediatore Dei et hominum locuntur, ut uicissim se respiciant in propiciatorio intendunt. Rota ergo in medio rotę est, quia inest Testamento Uęteri testamentum nouum. Et sicut ipsi³⁶⁰ iam diximus, quod Testamentum Uetus promisit, hoc nouum exhibuit. Et quod illud³⁵² occultę adnuntiat, hoc istud exhibitum aperte clamat. Prophetia ergo Testamenti Noui, [fol. 102v^o b] Testamentum Uetus est, et expositio Testamenti Ueteris Testamentum Nouum.

Sequitur : per quattuor partes earum ibant et non reuertebantur. Quod alibi diuina ęloquia, nisi corda hominum uadunt ? Sed per quattuor partes euntes ibant, quia Scriptura sacra per Legem ad corda hominum uadit, signando misterium. Per prophetias uadit, paulo apertius prophetando Dominum. Per ęuangelium uadit exhibendo, quem prophetauit per Apostolos, uadit praedicando eum, quem Pater in nostra redemptione misit. Habent ergo rote faties et uias, quia ostendunt sacra ęloquia. Notitia praeceptorum, cum exhibitione operum. Et per quattuor partes uadunt, quia distinctis, ut prędiximus, temporibus locuntur, uel certe quia in cunctis mundi regionibus Incarnatum prędicant. De quibus aperte mox subditur, et non reuertebantur, cum ambularent. Et superius de animalibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis qui de animalibus possunt. Rotas quippe signare Testamenta diximus, et Testamentum Uetus ambulauit quidem cum prędicatione ad mentes hominum uenit. Sed post, medipsum reuersum est, quia iuxta litteram in preceptis suis et sacrificiis, usque ad finem seruari non potuit. Non enim sine in mutatione permansit, cum in eo spiritualis intellegentia defuit. Sed cum Redemptor noster in mundum uenit, hoc spiritualiter fecit intelligi, quod carnaliter inuenit teneri. Itaque dum spiritualiter [fol. 103r^o a] littera³⁶¹ eius intelligitur omnis in eo illa carnis exhibitio uiuificatur. Testamentum uero Nouum aetiam per Testamentum ueteris paginae³⁶², Testamentum ęternum appellatum est, quia intellectus illius numquam mutatur. Bene ergo dicitur quod rotae euntes ibant et non reuertebantur, cum ambularent, quia dum Nouum Testamentum non rescinditur, dum uetus iam spiritaliter intellectu tenetur³⁶³, post se non redeunt, qui usque ad finem mundi inmutabilia persistunt. Ambulant ergo sed non reuertuntur, quia sic spiritaliter ad cor nostrum ueniunt, ut eorum praecepta uel studia ulterius non mutantur.

Sequitur. **Statura quoque erat rotis, et altitudo, et orribilis aspectus** [Ez 1,18]. Quid est quod Scripturae sacre ęloquiis tria haec in se narrantur ut statura ? Altitudinem et orribilem aspectum³⁶⁴, id est, terribilem habere memorantur. Querendum enim magnopere est, quę diuine Scripturae, quę altitudo, quid³⁶⁵ orribilis aspectus dicitur. Sciendum ergo est quia scripturę ad uitam congruunt³⁶⁶ bene operantibus³⁶⁷, unde per Paulum dicitur : Qui stat, uideat ne cadat, qui ętiam discipulis dicit : Sic state in Domino karissimi. Et propheta : Qui se uita uel moribus ante Dominum uidebat ? Ait : Viuit Dominus in cuius

360. ipse corr. en ipsi.

361. in grattę devant littera.

362. as final corr. en æ.

363. n grattę devant tur.

364. orribilis aspectus corr. en orribilem aspectum.

365. d ajoutę en interligne.

366. congruit corr. en congruunt par grattę et u suscrit avec tilde.

367. es final corr. en ibus par surcharge d'une autre main.

conspectu sto. Altitudo uero cęlestis regni promissio, ad quam ³⁶⁸ tunc [fol. 103r° b] pergitur, quando iam mortalis uite hominis corruptio subiungitur ³⁶⁹. Orribilis uero aspectus est terror gehennę, quę sine fine reprobos cruciat, et semper in cruciatu conseruat. Statura ergo, in rectitudine promissionis est. Altitudo, in celsitudine superne promissionis. Orribilis uero aspectus, in minis atque terroribus, supplitiis sequentis. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigitur, ut ³⁷⁰ auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuentur. Altitudinem habet, quia in cęlesti ³⁷¹ patria, aeternę uitae gaudia promittit. Orribilem quoque aspectum habet, quia omnibus reprobis gehennae supplitiis minatur. Ostendit igitur ³⁷² staturam suam, in aedificatione morum, ostendit altitudinem in promissione praemiorum, ostendit orribilem aspectum in terroribus supplitorum. Recta est, enim in praeceptis, alta in promissionibus, orribilis in minis. Habet ³⁷³ staturam, cum per prophetam dicitur : Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et rursus : Frange esurienti panem tuum, et egenos uagosque induc in domum tuam. Cum uideris nudum operi eum, et domesticos tuos ne despexeris. [fol. 103v° a] Habet altitudinem, cum per eundem prophetam dicit : Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunę inluminabit te. Sed erit Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloria tua. Habet orribilem aspectum, cum infernum describens dicit : Dies ultionis Dominus, annus retributionum iudicii Sion, et conuertentur torrentes eius in picem, et humus eius in sulphur ; et erit terra eius in picem ardentem, nocte et die non extinguetur in sempiternum. Cum beatus quoque Iob dicens : Terra tenebrosa, et operta mortis caligine. Terra miseriae, et tenebrarum, ubi umbrae mortis et nullus ordo, et sempiternus orror ³⁷⁴ inhabitans. Habet staturam, cum per eam Dominus propitius pollicetur dicens : Sicut cęli noui et terra noua quę ego statura fatio, coram me dicit Dominus. Sic stabit semen uestrum et nomen uestrum. Illi enim coram Domino ueraciter stant, in prauitate non dissipant. Habet altitudinem, cum statim subdit. Erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Et ueniet omnis caro ut adoret coram fatie ³⁷⁵ mea, dicit Dominus. Quid est mensis, nisi perfectio dierum ? quid est sabbatum, nisi requies in quo fieri opus seruile non liceat ? Mensis ergo [fol. 103v° b] ex mense est, quia qui hic perfecte uiuunt, illuc perfectione glorie perducuntur. Sabbatum uero ex sabbato est, quia qui hic cessant a peruersorum opere, illuc quiescunt in cęlesti repromissione. Habet etiam orribilem aspectum, cum protinus adiungit, et egrediebunt et uidebunt cadauera uirorum, qui preuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur ³⁷⁶, et ignis eorum non extinguetur. Quid enim orribilis dicit, quid cogitari potest, quę damnationis uulnera suscipere, et dolores uulnerum numquam finire ? De orribili aspectu rotarum, bene per Sophoniam

368. quem *corr. en quam par surcharge.*

369. subiugatur *corr. en subiungitur par grattage et n suscrit de la même encre.*

370. ut *ajouté dans la marge d'une autre encre.*

371. s *final gratté.*

372. in *gratté devant staturam.*

373. h *ajouté en interligne.*

374. Lire *horror.*

375. m *final gratté.*

376. n *gratté devant t.*

dicitur. Cum superueniret, et duris mentibus dies iudicii designatur. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta, et uelox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies irę dies illa, dies tribulationis et angustiae. Dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulę et turbinis, dies tubę et clangoris. Sed quia exterioris rotę dicta posuimus. Restat³⁷⁶ nunc ut interioris quoque staturam, altitudinem et orribilem aspectum, auferre debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam, cum per sanctum Eūangelium ad terrena desideria incuruari nos proibet, Redemptoris nostri uocibus dicens : Adtendite ut non grauentur [fol. 104r° a] ębriate aut in curis huius uite. Habet altitudinem, cum de eodem Redemptore promittit dicens : Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quid enim hac potestate altius ? quid enim hac³⁷⁷ altitudine sublimius dici potest, in quo creatus quisque efficiatur, filius creatoris ? Habet orribilem aspectum, cum de reprobis loquitur dicens : Ibunt in supplicium ęternum.

Habet staturam, cum ueritas discipulos admonet dicens : Vendite quę possidetis, et date ęleemosinam ; facite uobis sacculos, non ueterescentes. Habet promissionis altitudinem, cum dicit :

Venient ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraam, Isaac et Iacob in regno celorum. Habet orribilem aspectum.

Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.

Quibus rursum ueritatis uoce dicitur : Uos in peccatis uestris moriemini. Habet staturam, cum primi Pastoris uocibus dicitur :

Ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtutem scientię, in scientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis. In amore autem fraternitatis caritatem.

Habet altitudinem, cum Apostolus dicit : Sic enim abundanter ministrabitur uobis.

Introitus in ęternum regnum Domini, et Saluatoris Domini nostri Ihesu Christi, qui rursus bonis pastoribus pollicetur, [fol. 104r° b] dicens : Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem coronam. Habet orribilem aspectum, cum dicit : Adueniet autem dies Domini ut fur, in qua cęli magno impetu transibunt, ęlementa uero calore soluentur. Cum hęc igitur omnia dissoluenda sunt, quales oportet nos esse in sanctis conuersionibus et pietatibus, expectantes et properantes in aduentum diei Dei per quam cęli ardentis soluentur, ęlementa uero ignis ardore tabescent. Habet staturam per Paulum, qui nos a terrenis desideriis erigit dicens : Mortificate membra uestra, quę sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et auaritiam quę est idolorum seruitus. Habet altitudinem, cum promittit di[c]ens :

Vita uestra abscondita est cum Christo, in Deo.

Cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos apparebitis cum ipso in gloria.

Habet orribilem aspectum cum minatur dicens : In reuelatione Domini nostri Ihesu Christi de cęlo, cum angelis uirtutis eius in flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt Deum, et qui non obędiunt Euangelium Domini nostri Ihesu Christi, qui penas dabunt in interitu ęternas a fatie Domini et a gloria uirtutis eius. Habet staturam, cum nos admonet dicens : Videte ne quis alicui malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est [fol. 104v° a] sectamini in

377. hoc corr. en hac par surcharge d'une autre encre.

inuicem et in omnes, habet altitudinem, cum promittit dicens : Si conmorimur et conuiuemus, si sustinebimus et conregnabimur. Et rursus : Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Habet horribilem aspectum, cum minatur dicens : Terribilis quidem expectatio iudicii et ignis emulatio, quæ consumtura est aduersarios. Qui rursus ait : Orrendum est incidere, in manus Dei uiuentis. Que omnia, breui quoque sententia instringit dicens :

Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit latitudo, et longitudo, sublimitas et profundum. Lata quippe est caritas, quia et inimicorum dilectionem capit, et per eam caritatem qua nos Omnipotens late diligit, etiam longanimitate portat. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis a creatore nostro conspiciamus exhiberi. Latitudo itaque et longitudo ad staturam pertinent³⁷⁸, quia per amorem mores dilatant³⁷¹, ut fraterna mala, caritas longanimitate portat. Sublimitas est autem, æternorum illa remuneratio premiorum.

De cuius immensitate, dicitur : Quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. [fol. 104v° b] Habet ergo in sublimitate altitudinem, quia æterna sanctorum gaudia, nulla nunc preualent cogitatione penetrari. Profundum quoque est illa inextimabilis damnatio suppliciorum, qui eos quos suscepit, in igne³⁷⁹ dimergit.

In quibus sacra eloquia horribilem aspectum habent³⁷¹, quia inextimabilem terrorem audientibus incutiunt, cum supplitia inferi locuntur. Bene ergo dicitur, statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus. Quia Scriptura sacra in utroque Testamento, et admonendo recta est, et promittendo alta, et minando terribilis.

Cætera uero interiora, quæ³⁸⁰ exteriora occulta fuerunt, quod inuoluta se inuicem tergerent³⁷¹.

Et utraque per Christum non fuissent reuelata, nequaquam per Legem poterant intelligi³⁸¹, sicut dicit : **Signatum sigillis septem** [Ap 5,1]. Id est omnium misteriorum plenitudine, obscuratum. **Et uidi angelum fortem predicantem, uoce**³⁸² **magna.**

Quis est dignus aperire librum, et soluere signacula eius ? [Ap 5,2] Angelus iste fortis, qui dicit inclamasse inquirendo, quis esset dignus qui aperiret librum, uel signa dissolueret omnium scripturarum uel sanctorum patrum eorum³⁸³ habendus est, qui in diuina admiratione conuersi, presentium inpositionem temporum, uel cunctarum ordinem rerum, quæ uniuersa Deo magistrante³⁸⁴ signata sunt, fidei oculis³⁸⁵ intuentes.

Operatorem horum, Dominum maiestatis [fol. 105r° a] intelligunt³⁸⁶, et praeconantur et dicunt : Quis dignus est intelligere haec omnia, et aperire secreta

378. n ajouté en interligne devant t.

379. ignis corr. en igne.

380. qua corr. en quæ.

381. gi ajouté en interligne.

382. m final gratté.

383. eorum corr. en eorum.

384. mage corr. en magi.

385. oculos corr. en oculis par surcharge d'une autre main.

386. le corr. en li par surcharge d'une autre main.

Domini, quę in hęc ebdomada mundi istius mirabili³⁸⁷ confirmatione³⁸⁸ disposuit, ordinatione³⁸⁹ fundauit³⁹⁰, consilio statuit, uirtute construxit. Perspicuę tamen Christus hunc librum tunc aperuit, cum corpus paterne uoluntatis adgressus, natus et passus est. Ecce librum apertum. Soluit³⁸³ autem tunc utriusque libri predicta, quę a³⁹¹ patriarchis et prophetis de Eo fuerant uaticinata. Omnia in se conpleret, et sic crucem ascenderet, perficiens prophetiam usque in finem. Sequitur denique et ostendit septem ipsa signa, ut Christus qui caput est quod ipse fecit, sua membra Aecclesię, faciendo³⁹² demonstraret. Et ipsa septem signa quę in Christo soluta sunt³⁹³, per³⁹⁴ omnem mundum manifestata haec sunt: Primum Corporatio. Secundum Natiuitas. Tertium Passio. Quartum Mors. Quintum Resurrectio. Sextum Gloria. Septimum Regnum. Hęc³⁹⁵ septem sigilla³⁹⁶ Eccclesia habet soluta³⁸⁹, et haec signa sunt³⁸⁶ actus Eccclesię, a Passione usque in aduentum Domini, sicut promiserat: *Veni ostendam tibi, quae oportet fieri post haec [Ap 4,1]. Et nemo poterat neque in celo neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum [Ap 5,3].* Ex omnibus creaturis quę sunt in celis, in terra et in abyssis. Id est neque iustus, neque anima uiuens, neque sepultus, aperire librum [fol. 105r° b] neque uidere illum, id est contemplari splendorem gratiae Testamenti Noui quod est aeuangelium. Sicut filii Israel uelatum fatiem Moysi, id est Legem³⁹⁷ Ueteris Testamenti Nouum intus continentem, aspicere non potuerunt. *Et ego inquit flebam multum, quod nemo dignus inuentus est³⁹⁸ aperire librum, nec uidere illum [Ap 5,4].* Fragilitatis et humanitatis conscius, flebat hic sanctus, quod in Eccclesia preuidebat neminem esse tam dignum, qui aperte haec omnia intelligeret³⁹⁹, uel consideratione conspiceret³⁹². Nunc tamen Aecclesiam⁴⁰⁰ plangit honeratam⁴⁰¹ et grauata³⁹⁴ explorat⁴⁰² sui redemptione. *Et unus de senioribus dicit michi: Ne fleueris; ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, et sigilla eius [Ap 5,5].* Unus ex senioribus, corpus totum prophetarum dixit: Prophete consolabantur Aecclesiam per scripturas nuntiantes Christum. De tribu Iuda radicem Dauid qui impleret Dei uoluntatem et Aecclesiam redimeret. Non enim obstat quod Iohanni qui est omnis Aecclesiae figura, haec post Christi Passionem ostensa sunt, quę ante passionem facta sunt. Omnis enim qui recte credit⁴⁰³ Christum uidet, aetiam preterita iam facta quę

387. em final corr. en i.

388. em final corr. en e par grattage du tilde.

389. in gratté devant ordinatione, quelques lettres grattées après.

390. t ajouté en interligne.

391. de corr. en a.

392. a final corr. en o.

393. est corr. en sunt.

394. Plusieurs lettres grattées devant per.

395. hos corr. en hec.

396. os final corr. en a.

397. legis corr. en legem par grattage et surcharge d'une autre main.

398. est ajouté d'une encre noire.

399. t ajouté en interligne d'un encre plus claire.

400. e final corr. en am.

401. Correction par tilde ajouté sur a final.

402. implorat corr. en explorat par grattage et surcharge.

403. e corr. en i par surcharge.

adhuc noua uentura sunt. **Que** ⁴⁰⁴ ante Deum iam uetusta sunt, et sic cognoscis per Scripturam, nouissima prima, et prima nouissima. **Haec** omnia in Christo erant ⁴⁰⁵ reseruata, quia nos non [fol. 105v° a] potueramus salui esse nisi per Christum. Sicut scriptum est: Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est, multo magis ergo iustificati in sanguine Eius salui erimus per Illum ab ira. Sequitur et describit. Quomodo et ubi uicerit uel uincat leo de tribu Iuda. Propterea enim praeterita refert, cum futura promiserit, quia subtiliter Spiritus, in spetię genus abscondit, et preteritis futura demonstrat. Sicut Iacob filiis suis quicquid eis futurum erat presentibus, in benedictione demonstrabit. **Et uidi in medio throni et quattuor animalium, et in medio seniorum agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram** [Ap 5,6]. Ecce apertissime demonstrauit Dominum nostrum Ihesum Christum, quem non mortuum sed quasi occisum propter Passionem et transactam dixerit mortem, et in medio throni se uidisse hoc dicit: Id est in potestate et magnitudine ⁴⁰⁶ Deitatis. Et quattuor animalium quod intelligitur in quadriuno ⁴⁰⁷ Aeuangeliorum ordine, et in medio seniorum, hoc est Legis et Prophetarum, uel apostolorum choro ⁴⁰⁸ adsignat, ibi hunc agnum non occisum sed tamquam occisum, id est qui eum ⁴⁰⁹ mortem uicerit, calcauerit passionem se uidisse testatur. Sed quia patriarchas, prophetas, et apostolos, Aecclesiae ⁴¹⁰ corpus [fol. 105v° b] esse, summi capitis Christi. Haec membra cum capite, aliquando in Scripturis unus agnus nuncupatur. Aliquando specialiter Christus, aliquando generaliter omnis Aecclesia ⁴¹¹. Et quod olim caput passum ⁴¹² est, nunc in Aecclesia ⁴¹³ patiuntur ⁴¹⁴ membra, quia suam Aecclesiam induit, quę in illo ueluti occisa est, et cotidie occiditur ⁴¹⁵ pro Christo, ut cum aeterno, uiuat in ęternum. Nemo autem putet solos ⁴¹⁶ apostolos aut martires esse mortuos pro Christo, et iam cessasse martyrium, et persecutores in Ecclesiam non esse, et eo tempore martires fuerunt et persecutores, et nunc martires sunt et persecutores. Duo quippe sunt genera martirii unum aperte per gladium, alium in occulto per penitentiam; et hii sunt filii Apostolorum, quia eo ⁴¹⁷ spiritum generati sunt. Persecutores uero eorum filii sunt qui illos occiderunt, quia eorum spiritu generati sunt, et Christum in familia eius occidunt, et agnus stans in medio seniorum per caput, et usque in finem saeculi in membris occiditur. De talibus enim Apostolus dicit, apud

404. qui corr. en que.

405. n ajouté en interligne d'une autre main.

406. m final gratté.

407. a gratté entre dr et i.

408. h ajouté en interligne d'une autre main.

409. eo corr. en eum par um suscrit sans suppression du o.

410. am final corr. en æ.

411. e final gratté.

412. us final corr. en um par grattage et ajout de tilde.

413. ę final corr. en a par surcharge à la fin du mot.

414. un ajouté en interligne d'une encre plus claire.

415. in ecclesia gratté.

416. solus corr. en solos.

417. eorum corr. en eo par rature..

illos ⁴¹⁸ Christum specialiter crucifigi, quamquam hoc aperte non esset manifestat dicens : **O** stulti Galatę quis uos fascinauit? ante quorum oculos Christus crucifixus est. Hoc itaque a talibus patitur Eccclesia, usque in finem, quod passa est ab initio. Necesse est enim semper Filium hominis in Iherusalem ire, et multa pati a senioribus et principibus sacerdotum et scribis, et occidi, et post tres dies resurgere. Principes uero quod dicit, potestates huius saeculi, uel sacerdotes [fol. 106r° a] qui recte in Eccclesia uiuere nolunt. De his scriptum est : **Maiores serui et minori et stultus seruiet prudenti. Quia cum suffert sanctus contumelias, princeps minori seruire dicitur. Hic agnus semper occiditur, et per Passionem se manifestari testatur. Habentem inquit cornua septem et oculos septem** [Ap 5,6]. In cornibus potestas et uirtus Christi est, in septenario numero mundi narrat statum, quem potentes regunt ⁴¹⁹ et potentissimi ⁴²⁰ dominantur ⁴²¹. Oculos septem, septem dicit Spiritus, id est Sanctum ⁴²² Spiritum septem ⁴²³ uirtutibus graduum gloriosum manere in Domino nostro Ihesu Christo significat. Sicut scriptum est : Ihesus plenus Spiritu Sancto. De hoc Spiritu dona Aeccclesię suae distribuit, per gratiarum donationes. Non est enim in omni terra, qui possit habere Spiritum Dei praeter Aeccclesiam. **Et uenit ⁴²⁴ et accepit de dextera Sedentis supra thronum librum** [Ap 5,7]. Sed quid accepisse dicitur, diligentissime considerandum est atque dicendum. **Re** uera agnus id est homo adsumptus, qui pro nostra salute se morti ⁴²⁵ tradidi ⁴²⁶ uoluntate dignatus est. **Hic** accepit librum, hoc est potestatem operum Dei ; a ⁴²⁷ dextera Sedentis in trono, a Deo Patre scilicet ⁴²⁸ cuncta suscepit, sicut ipse dicit : **Omnia quę habet Pater mea sunt. Tunc accepit hunc librum, quando resurgens a mortuis, misterium ⁴²⁹ sanctis absconditum Trinitatis ostendit, et patefecit ⁴³⁰ mundo et dedit potestatem Aeccclesię dicens : Sicut misit me** [fol. 106r° b] **Pater, et ego mitto uos. Et quod ipse in illo perficiat, quod donat sic dicit : Ecce ego uobiscum sum, omnibus diebus, usque ad consumationem saeculi. Et cum accepisset librum, illa quattuor animalia et uiginti quattuor seniores cęciderunt ante agnum** [Ap 5,8]. Id est ante Ihesum Christum, qui cum ipso agno sedet ad dexteram Dei. **Thronus et animalia et seniores, hoc totum agnus est ⁴³¹. Isti cadunt ante agnum, id est Christum incarnatum, qui mortuus est et resurrexit. Sequentes uestigia Eius, humiliati ⁴³² in pęnitencia, cadere dicuntur. Habentes singuli citharas. Id est corda laudantium. Et fialas aureas. Haec sunt uasa in domo magna. Vasa,**

418. illos ajouté dans la marge.

419. regit corr. en regunt par surcharge.

420. e final corr. en i.

421. n ajouté en interligne devant tur d'une encre plus claire.

422. sanctum ajouté en interligne de la même main.

423. Lettres grattées entre se et ptem.

424. t final ajouté en interligne à l'encre noire.

425. e final corr. en i par surcharge.

426. t final gratté.

427. de gratté en fin de ligne et remplacé par a dans la marge au début de la ligne suivante.

428. scilicet ajouté d'une encre plus claire dans la marge.

429. a gratté devant sanctis.

430. in gratté devant mundo.

431. sunt corr. en est par grattage et surcharge.

432. ri corr. en ti.

anime⁴³³ sanctorum⁴³⁴ sunt. **Plenas odorum, quę sunt orationes sanctorum, et cantabant canticum nouum** [Ap 5,8-9]. Coniuncta Ueteris Testamenti predicatio, cum nouo populo christiano, ostendit cantantem canticum nouum, id est confessionem suam publice confitentem⁴³⁵. Nouum est Filium Dei hominem fieri. Nouum est cum corpore ad cęlos ascendere. Nouum est remissionem peccatorum hominibus dare. Nouum est Spiritu Sancto signare homines. Nouum est sacerdotium accipere sacre obseruationis et regnum expectare immense promissionis. Cithara enim, corda in ligno extensa, sig-[fol. 106v^o a]-nificat carnem Christi passionis⁴³⁶ ligno coniunctam, siue et fidelium sanctorum corda laudantium. Fialę⁴³⁷ uero confessionem et noui sacerdotii propaginem. Angelorum autem multorum immo omnium salus, et testimonium uniuerse creationis Domino nostro referentium gratulationem, liberationem omnium de clade mortis. Hae⁴³⁸ fialę⁴³⁹ ipsę⁴⁴⁰ sunt uasa in domo magna, que⁴⁴¹ cantant canticum nouum ; **Dicentes : Dignus es Domine accipere librum⁴⁴² et aperire signa eius, quoniam occisus es et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu et populo et lingua et natione, et fecisti nos Deo regnum et sacerdotes, et regnabimus in terra** [Ap 5,9-10]. Ostendit animalia et seniores heę gloriam esse, dum dicunt : **Redemisti nos⁴⁴³ in sanguine tuo ; ostendit in quo cęlo sunt ista animalia et⁴⁴⁴ seniores, dum dicit : Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram** [Ap 5,10]. Ostendit futuram⁴⁴⁵ Eccclesiam accipere librum in Christo, dum redempti ex omni populo et tribu et gente et lingua. Non dicunt dignus es et accepisti, sed dignus es accipere. Quę enim accepit in Christo, omnem potestatem in cęlo et in terra cum resurgeret, ipsa accipit usque in finem per bapisma resurgentis, et Christo semper adherens et Dominus in ea perficiet⁴⁴⁶ quod [fol. 106v^o b] inuouauit; et ipse coronatur in ea, quam coronat. Nichil est enim quod fecerat⁴⁴⁷ ei sine suo corpore. **Et uidi et audiui uoces angelorum multorum circa thronum, et circa quattuor animalia, et circum seniores** [Ap 5,11]. Quid sit thronus, animalia, seniores, in quorum medio uocem audiuit ut⁴⁴⁸ ostendit, hii angeli sancti intelliguntur⁴⁴⁹. Si enim filii Dei dicuntur, quare non dicantur et angeli ? **Et erat numerus eorum miriades miriadum et milia milium** [Ap 5,11]. Miriades graecae dicuntur, quod est milia milium utique innumerabilium *dicentium, uoce magna. Dignus est agnus qui occisus est accipere*

433. as *final corr. en e.*

434. sanctis *corr. en sanctorum.*

435. conferentium *corr. en confitentem.*

436. in *gratté devant* ligno.

437. as *corr. en æ par grattage et surcharge.*

438. *Le second e ajouté d'une encre plus noire.*

439. as *final corr. en æ d'une encre plus noire.*

440. a *final corr. en æ.*

441. qui *corr. en que par surcharge.*

442. *Plusieurs mots grattés en fin de ligne et en début de la ligne suivante.*

443. nos *ajouté en interligne.*

444. t *ajouté en interligne d'une encre plus claire.*

445. praeterea *corr. en futuram par grattage et surcharge.*

446. perfecit *corr. en perficiet par surcharge et e suscrit.*

447. aut *habeat gratté et corr. en ei.*

448. ut *ajouté en interligne d'une encre plus claire.*

449. intelle *corr. en intelli.*

potestatem et diuitias et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem, et omnem creaturam que in cęlo et in terra et subtus terra et in mari, et que sunt in eis [Ap 5,13]. Numquid de Domino dixerunt dignus est agnus qui occisus est accipere diuitias et sapientiam, cum ipse sit thesaurus omnium et sapientia Dei? Sed hanc potestatem de suo corpore, id est pro Ecclesia dicit. Sed qui Ecclesię membra est transit in caput dicens: Et omnem creaturam, que est in cęlo et in terra. Quamuis nec hoc durum sit accepisse Ecclesiam, accepit certe, cum ea que resurrexit. Si durum est habere membra quod habet caput, nec illud iactatum potest uidere quod dicit Ecclesia. Dignam se omni creature, quia etsi unum quoque membrum [fol. 107r^o a] religiosa humilitate in hoc mundo se indignum⁴⁵⁰ iudicat, totum tamen corpus participem esse dicimus capitis sui. Sicut scriptum est: Cum illo, omnia nobis donauit. **Omnes inquit audiui dicentes Sedit in throno** [Ap 5,13]. Id est Patri et Filio et agno, id est Ecclesie. **Benedictio et honor et claritas et potentia, in saecula saeculorum. Et quattuor animalia dicebant amen. Et seniores ceciderunt et adorauerunt** [Ap 5,14]. Ecclesia utique dicit amen, eadem animalia sunt seniores, qui postquam perhibuerunt⁴⁵¹ testimonium, dicentes amen. Adorant descriptam Ecclesiam, et eius officia⁴⁵² describunt⁴⁵³, et actus ab initio usque in finem. Resignatio sigillorum, ut diximus.

450. o final corr. en um.

451. h ajoutę en interligne.

452. officiis corr. en officia par grattage et surcharge.

453. describet corr. en describunt.